Pausanias

PAUSANIAE DESCRIPTIO GRAECIAE.

AD CODD. MSS. PARISINORUM, VINDOBONENSIUM, FLORENTINORUM, ROMANORUM, LUGDUNENSIUM, MOSQUENSIS, MONACENSIS, VENETI, NEAPOLITANI ET EDITIONUM FIDEM RECENSUERUNT,

APPARATU CRITICO, INTERPRETATIONE LATINA ET INDICIBUS

INSTRUXERUNT

IO. HENR. CHR. SCHUBART

ET

CHR. WALZ.

VOLUMEN PRIMUM.

LIPSIAE,
IN BIBLIOPOLIO HAHNIANO.
MDCCCXXXVIII.

LONDINI
APUD BLACK & ARMSTRONG.

PRAEFATIO.

Erunt fortasse quibus post recentissimas Clavierii, Siebelisii, Bekkeri curas irritum plane aut certe supervacaneum videatur denuo edendi Pausaniae consilium, nec est quod infitiemur, eminus hanc rem diiudicantibus veri quandam speciem subesse eiusmodi suspicioni. At qui propius accedunt, qui penitus copiosissimos Pausaniae commentarios pertractant, qui ad apparatus critici hucusque in lucem protracti exilitatem subsidiorumque penuriam advertunt animum, facile sibi persuadent, egregie quidem a viris doctissimis Periegetae nostro esse consultum multisque in locis sermonem eius ad nativam integritatem esse restitutum, sed editionem criticam ad codicum auctoritatem refictam et apparatu critico copiosiori instructam adhuc desiderari. Quae res ut fiat luculentior, ut quid hucusque sit praestitum, quid restet praestandum facilius perspiciatur, haud ineptum visum est praemittere editionum Pausaniae notitiam.

Prima Pausaniae editio prodiit curante Marco Musuro ex aedibus Aldi et Andreae soceri mense Iulio 1516. Venetiis, fol., cuius indolem, quum, si solam excipias Bekkerianam, omnes reliquae editiones ex ea fluxerint, accuratius examinare operae est pretium. Aldus quidem Manutius in praefatione „se hosce commentarios etsi non ad unguem emendatos, codicibus

tamen qui manuscripti circumferebantur correctiores publicare, idque suasore et adiutore M. Musuro" affirmat; sed codices illos aetate circa has res parum curiosa diligentius describere neglexit. Plures vir meritissimus commemorat codices; at si accuratius examinamus editionem, eamque cum codicibus conferimus qui prostant, ex uno codice eoque deterioris notae satis negligenter esse expressam haud ambigue possumus concludere, quod ex apparatu nostro critico manifesto patet; vix ullo enim loco a lectione codicis Vindobonensis alterius recedit editio Aldina. Iam quaestio exoritur ex quonam libro manuscripto expressa sit editio Veneta; e codice Veneto scilicet, inquiunt; sic v. g. Morelli Biblioth. Mss. graec. et latin. p. 282. Matth. Roever in epistola ad d'Orvillium (v. Benj. Petr. van Wesele Scholten in Catalogo libror. M. Roeveri. I, p. 50.), qui de codice suo disserens altero haec addit: „Codex pergamenus mihi videtur descriptus ex eodem illo exemplo, quo suam editionem desumsit Aldus, qui [imo M. Musurus] ingenio suo multa mutavit ac supplevit et sic Pausaniae quaedam loca legimus corrupta emendatoris vitio." Ante haec tria saecula plures haud dubie Venetiis esse potuerunt codices Pausaniae; id vero confidenter sane affirmare audemus, neque Aldi editionem expressam esse ex illo codice, qui nunc Venetus nuncupatur, neque Roeveri librum ex eo descriptum esse e quo desumta est editio Veneta. Proxime haec accedit ad lectionem codicis, quod iam monuimus, Vindob. b. et Neapolitani. — Expressam esse editionem negligenter et multis operarum inquinari vitiis facile concedimus [a]); lacunas vero sola editoris socordia ortas, quas Clavierius sibi deprehendere visus est, nos quidem non invenimus [b]). Multo maioris momenti illud est quod praeter multos alios Roeverus commemorat loco supra adscripto, Aldum seu potius Musurum non pauca ingenio suo mutavisse et supple-

---

a) Multi eiusmodi errores usque in recentissimas editiones propagati sunt; sic v. g. I, 25, 8. vitio typothetico Ald. habet *φαγήν*; id editores sequentes mutarunt in *σφαγήν*; Clavier et Bekker e codicibus veram lectionem restituerunt *φυγήν*.

b) „Il y manque même quelques passages qui sont dans tous les manuscrits. On en trouve des exemples liv. VIII, ch. 41. et liv. X, ch. 8." Quae quam inconsiderate sint iam e commentario nostro patebit.

visse, ita ut Pausaniae quosdam locos legamus corruptos emendatoris vitio. Quae criminatio quam sit vera exempla optime comprobabunt, quare locos quosdam in quibus manifesto correctoris manum deprehendimus eamque parum felicem recensere haud ineptum visum est. V, 6, 3. in codice suo Musurus invenit quod etiam alter Lugdunensis et Vindobonensis b. exhibent, *διὰ χωρίου τὰ πλείονα ὑπὸ ψάμμου;* medela in promtu erat, at librarius male restituit locum *ὑπὸ ψάμμου κεκαλυμμένον,* quae corruptela usque ad Bekkerum editiones nostras pervagata est. — VIII, 43, 2. in omnibus editionibus legitur *καὶ Ῥωμαίων μέρος τῆς καθ' ἡμᾶς πόλεως, ὅπερ ᾠκεῖτο ὑπὸ τοῦ Εὐάνδρου καὶ Ἀρκάδων τῶν συνακολουθησάντων, ὄνομα ἔσχε Παλλάντιον,* ubi *ὅπερ* quod ab omnibus abest codicibus a Musuro idque haud inepte insertum videtur; quare expuncta hac voce olim e codice Angelico *ᾠκεῖτο δὲ ὑπὸ* reposueramus; nunc excusso codice Lugdun. a. *πόλεως ὃ ᾠκεῖτο* scripsimus. — IX, 5, 14. *καὶ τὸν Θέρσανδρον κατέλαβεν ἀποθανεῖν ὑπὸ Τηλέφου* ex ed. Ald. omnes receperunt reliquae; at *ἀποθανεῖν* in nullo legitur codice; profundius mendum cubare videtur. — IX, 13, 5. cum Aldo offerunt editiones: *καὶ ὁ Σκέδασος (ἐς Λακεδαίμονα γὰρ ἐλθόντι οὐδεμία ἐγένετο αὐτῷ δίκη) οὕτως ἐς τὰ Λεῦκτρα ἐπανήκων αὐτὸν διεργάζεται;* sed *γὰρ* ab omnibus abest codicibus (e Bekkeri enim silentio in Paris. c. particulam illam legi nolimus concludere) et haud dubie Musuri correcturae debetur; quare nos deleta voce spuria olim e coniectura scripseramus: *καὶ ὁ Σκέδασος ὡς ἐς Λακεδαίμονα ἐλθόντι οὐδεμία ἐγένετο αὐτῷ δίκη οὕτως* cet., quod postea codice Lugd. a. egregie confirmatum vidimus. — IX, 16, 6. editiones sic: *ἐνιαυτοῦ δὲ ἅπαξ ἑκάστου τὸ ἱερὸν ἀνοιγνύναι σφίσιν ἔθος ἐν ἡμέραις τακταῖς.* De suo *ἔθος* addidit Musurus; quare expuncto hoc nomine faciliori medela *σφίσιν* mutavimus in *φασίν*. — IX, 20, 4. *ὁ μὲν δὴ σεμνότερος ἐς αὐτὸν λόγος τὰς γυναῖκάς φησι τὰς Ταναγραίων πρώτας Διονύσου τὰ ὄργια μυηθείσας ἐπὶ θάλασσαν καταβῆναι καθαρσίων εἵνεκα;* variant hoc loco codices, at vocis *μυηθείσας* in nullo vestigium; quae quum ne satis apta quidem a Musuro inserta videretur, in mentem nobis venerat: *τὰς γυναῖκάς φησι τὰς Ταναγραίων τοῦ Διονύσου πρὸς τὰ ὄργια ἐπὶ θάλασσαν καταβῆναι.* Nunc meliora offert Lugdunensis primus: *τὰς γυναῖκας φασι* (leg. *γυναῖκάς φησι*)

τὰς Ταναγραίων πρὸ τῶν Διονύσου ὀργίων (melius e vestigiis aliorum codicum πρὸ τοῦ Διονύσου τῶν ὀργίων) ἐπὶ θάλασσαν καταβῆναι. — IX, 27, 6. τὸν δὲ νομίζοντα δικάσαι; hoc loco τὸν δὲ a Musuro additum est; at nondum integritati esse restitutum Pausaniae sermonem latiusque hiare lacunam satis comprobatur sequente νομίζοντα quod sensu carere videtur etiamsi admittas Musuri interpolationem. Alia exempla quamplurima locorum Musuri correctionibus depravatorum suppeditabit commentarius noster; quae protulimus sufficere videntur ad comprobandum iudicium nostrum de editionis Aldinae indole et pretio critico; est enim e malo codice negligenter expressa, crebris Musuri coniecturis et interpolationibus deformata, nullis virtutibus commendabilis; et ex eiusmodi editione omnes reliquae praeter unam Bekkeri, tanquam e fonte suo derivantur.

Sequitur editio secunda a Guil. Xylandro praeparata, a magno Frid. Sylburgio in lucem edita, Francofurti ap. hered. Wechel. 1583. fol. Guil. Xylander multa editionis Aldinae vitia correxit, multa e coniectura egregie restituit; quum praematura morte abreptus vir doctus ultra Eliaca priora opus perducere non potuisset laborem interruptum suscepit et absolvit Fridericus Sylburgius totque locis tam egregiam adhibuit medelam ut recte Pausaniae sospitator possit nuncupari. Subsidiis usus est praeter incredibile quo gaudebat ingenii acumen, duobus exemplaribus (quorum alterum illius temporis more *codicem* appellat), multis in locis emendatis; alterum Ioach. Camerarii, alterum Zach. Ursini fuit. In hoc multa Ioannis Oporini et Abr. Loescheri (qui hoc libro in versione sua usus est) manu marginibus adscripta invenit Sylburgius; praeterea Adr. Turnebi, Dion. Lambini, Adr. Iunii, Guil. Canteri, Paul. Leopardi aliorumque observationes diligenter conquisitas ad emaculandum Pausaniae sermonem adhibuit et in commentarium critici potissimum argumenti, bonae frugis refertissimum congessit. Editioni diligenter excusae adiecta est Rom. Amasaei versio latina a Sylburgio accurate castigata. — Repetita est haec editio Hanoviae apud eosdem heredes Wechel. anno 1613 fol., ita ut priorem ex asse referat nisi quod versionem latinam non separatim editam sed per singulas paginas adiunctam continet; eam conferre operae pretium non duximus.

Hanc excepit editio Lipsiensis Ioach. Kuhnii (1696. fol.) nitida quidem nec incorrecta, sed praematura, ne dicamus tumultuaria; quae ne durius dicta videantur ipse in praefatione de laboris consilio atque ratione disserens audiendus est. Subsidia quibus instructus ad Pausaniam accessit quam fuerint exilia ipse satis testatur; „in chartam coniecit loca quaedam mendis lacunisque maioribus obsita, quam ut ingenio expleri corrigive possent et ad doctos libros exigenda transmisit Lutetiam;" spe sua frustratus non amplius consuluit codices Parisinos, sed alia subsidia circumspiciens exemplar Aldinum Casauboni observationibus instructum, quod Ioannis Bourdelotii [a]) olim fuerat, a bibliopola Lipsiensi accepit; unde perspicimus eum manibus certe trivisse editionem Aldinam, quum ex aliis indiciis satis appareat editionem ipsam (circa margines enim versatus videtur) a viro ceteroquin meritissimo non esse excussam. Sic, ne desit exemplum, VI, 18, 3. Aldus cum codicibus habet *ἅτε θέοντες περὶ γυναικῶν;* in Xylandri editionem operarum negligentia irrepsit *δέοντες,* quod retinuit quidem Kuhnius, at e *Suida* veram lectionem proferens tanquam probabilem commendat. Negari tamen nequit multos Pausaniae locos a Kuhnio praeclare esse emendatos. Primus in capita distinxit libros; versionem Amasaei latinam, commentarios Xylandri et Sylburgii suasque observationes addidit; verissime tamen Siebelisius, praef. ad T. I. p. XXXV. vehementer eos errare, ait, qui Xylandro-Sylburgiana editione se carere posse putent, quoniam Sylburgii adnotationes Kuhnius se in suam editionem transtulisse professus sit; non paucas enim illarum adnotationum a Kuhnio per negligentiam esse omissas.

Nova tandem subsidia offert editio Io. Frid. Facii, Lips. 1794 — 97. 4 voll. 8. Nullam quidem praeter Kuhnianam editionem inspexisse Facium observavit iam Siebelis. I, p.

---

a) Bourdelotium de edendo Pausania cogitasse, notum, et ipse de consilio suo disserit, non diserte quidem, sed ut solet homo „alibi" doctus ablegans ad futuram Pausaniae editionem; v. ad Lucian. T. III, 267. 474. Bip.; quare Casp. Barthio non adsentimur qui ad Stat. II, p. 623: „meliorem futurum Pausaniam credere sibi induxit si in eum suas nobis curas nollet invidere Io. Bourdelotius."

XXXV, et Clavier I, p. IV sq. [a]); at lectionibus usus est e codicibus Vindobonensi a. et Mosquensi excerptis; *excerptis* dicimus, nam collationes neque ea qua par erat cura, neque fide factae sunt, ita ut specimina potius quam iustae collationes appellari possint; eaeque ipsae minus ad emendandos corruptos Pausaniae locos quam ad exornandas notas adhibitae videntur. Neque tamen negari potest multis in locis Pausaniae sermonem a Facio feliciter ex ingenio esse restitutum, quamvis iusto cautior coniecturas raro in textum recepit. — Tomus quartus continet Amasaei versionem latinam. Primus in segmenta distinxit capita. — E Facii editione procul dubio ea expressa est quam Tauchnitz anno 1818. tribus voluminibus 12. in lucem emisit. Editionem non inspeximus.

Maiori operi Car. Godofr. Siebelis praelusit editione minore quam volumine quarto, quinto et sexto complectitur Bibliotheca Prosaicorum Graecorum a Weigelio Lipsiae 1818 — 19. edita. Novae quidem recensionis prae se fert nomen in titulo, at hoc se sciente et volente additum negat editor I, p. XXXIX. Quamvis vero ad novae recensionis laudem adspirare non potest minor haec editio, non paucis tamen in locis corruptelas vel ex ingenio vel codicum auctoritate a doctissimo aeque ac modestissimo viro sublatas videmus. Maioris moliminis est altera editio quam idem quinque voluminibus Lipsiae in lucem emisit 1822 — 28. Continet praeter Graeca Pausaniae emendata et versionem Amasaei castigatam, commentarios copiosissimos qui non solum circa rerum a Pausania narratarum explicationem versantur, sed id etiam apprime spectant ut haec Graeciae descriptio quam fieri possit proxime ad integritatem formamque nativam reducatur. De subsidiis quibus id assequi conatus est accurate disputat in praefatione p. XXVI sqq. et qua est ingenuitate ipse haud celat valde tenuem sibi ad manum fuisse supellectilem ad Pausaniae contextum, quem dicunt, corrigendum. Recenset varias lectiones duorum codicum Vin-

a) Exemplis a Sieb. et Clav. prolatis adde X, 20, 9. ubi vitium typothet. in ed. Kuhn. *τὰ ἐς τῆς*, parum dextre Facius mutavit in *τὰ τῆς*. Cf. etiam Siebel. ad X, 37, 4. p. 320, ubi tamen corrigendum „pro vulgato *ἀπέτεμον*."

dobonensium cum Facio communicatas, porro codicis Mosquensis a C. F. Matthaei anno 1777 marginibus editionis Kuhnianae adscriptas, quod exemplar possidet Bibliotheca Dresdensis, deinde excerpta e codicibus Parisinis a Clavierio publici iuris facta, nonnullis etiam e locis a Boissonado roganti Siebelisio transmissa; denique specimina quaedam e primis foliis codicis Monacensis. Quae sunt reliqua, nimirum lectiones quaedam e codicibus Vaticano et Angelico ab Uhdenio excerptae et exilibus ex codicis Heidelbergensis cuiusdam fragmentis a Creuzero communicatae ad exornandam editionem haud multum prodesse potuerunt. Iam quod attinet ad codices Vindobonenses eorum alter dici non potest quanta incuria sit collatus; in Messeniacis adeo plane silet, teste Siebel. II, p. V. [a]); alter vero vix est inspectus. Multo copiosiorem messem praebuit codex Mosquensis diligentius quidem quam antea necdum tamen satis accurate excussus. Haec subsidiorum exilitas solidam et firmis fundamentis exstructam quam dicunt contextus recensionem non permisit; at enimvero indefesso studio et incredibili diligentia magnoque ingenii acumine id assecutus est Siebelisius ut nemo facile eo melius de Pausania nostro meritus dicatur. Eius enim commentario non is tantum tanquam armamentario uti potest qui res solummodo et argumentum spectat; sed etiam qui sermoni expoliendo suas impendit curas. Nam praeter innumeros locos ab editore ipso ex ingenio feliciter emendatos maxima diligentia quae ab aliis ad emaculandum Pausaniae contextum inventa erant congesta commentario suo exposuit. Quas quidem huius editionis laudes hoc loco non praedicare non potuimus, quum quid ei debeamus, quanti laboris nobis compendium fecerit si reticere velimus animi foret ingrati hominibusque ingenuis indigni; idque eo facimus lubentius quoniam virum modestissimum ab aliis inique tractatum, bonamque laudis partem ei praereptam, non raro in alium translatam videmus. Si quid est quod reprehendas, in eo versatur, quod vir doctissimus

---

a) Non plane silet; legimus enim v. g. ad IV, 1, 2. „*ἔχειν* pro *σχεῖν* Vind.;“ ad IV, 1, 5. „Vind. *δόμους κέλευθά τε*;“ cap. 4, 4. „*διόλου* Vind.“ Causam cur is qui contulit codicem neglexerit Messenica nos quidem non perspicimus.

nimia fortasse lectionis quam nuncupant vulgatam reverentia et timiditate quadam fere senili emendationes manifestissimas a codice oblatas aut a se ipso aliove inventas in commentario retinuit aliisque in contextum eas recipiendi laudem reliquit, quo factum est ut non uno loco in editione Bekkeriana egregias correcturas omisso auctoris nomine tacite videamus receptas.'

Eodem fere tempore in Gallia prodiit editio Steph. Clavierii (Paris. 1814—1823. 7 voll. 8.) ad maiora adspirans; promittit enim novam recensionem ad fidem codicum Parisinorum; at promissis non stetit; multos quidem locos codicum ingeniique auxilio emendavit, novam vero recognitionem, quo nos sensu hoc nominis adhibere solemus, neutiquam instituit. Perlustravit enim vir ceteroquin meritissimus codices Bibliothecae regiae variasque inde excerpsit lectiones commode atque defunctorie; fidem vero illam et religionem et vel minimorum curam quae ne manifesta quidem menda despicit omnino desideramus, sine quibus tamen nullo modo neque de codicum indole mutuaque inter se affinitate iudicium ferri, neque crisis exerceri potest. Accedit praeterea superstitiosa quasi in Facii coniecturas veneratio quae tanta est ut plerumque apud Clavierium in contextu inveniamus quae Facius ne in notas quidem admittere debuerat. Editionem post absolutum volumen secundum Clavierii morte interruptam ad finem perduxerunt Courier et Coraes, viri doctissimi; Coraes multis coniecturis plerumque egregiis imo margini appositis et in calce adiunctis exornavit editionem. Volumen septimum notas Clavierii sive potius schedas non satis accurate digestas continet; festinatio iam inde satis perspicitur quod saepe locum indicare obliti sunt editores quo referenda sit nota, quod haud raro in notis haec vel illa lectio recepta dicitur quae recepta non est, ut taceamus levitatem qua nomina haudquaquam obscura deformata videmus; sic Heyne saepissime vocatur Hègue, p. 121. 125. 175. 182. 183 (bis); Wyttenbachii nomen in Wyttembach et Wittembach transiit pag. 125. Sed sunt haec leviora.

Omnes editiones hucusque descriptae uno nituntur fundamento, exemplari Aldino, quod quam parum sit firmum supra demonstrasse nobis videmur; editores sequentes hic illic quidem non sine successu maculas abstergere conati sunt, nova

vero fundamenta iacere primus aggressus est Im. Bekker. Vidit enim vir sagacissimus et doctissimus de integro quasi totam hanc rem sub censum esse revocandam et prae omnibus solida iacienda esse fundamenta antequam nova recognitio cum fructu institui possit; quare codicem Parisinum 1410 (apud nos Pc) ita expressit „ut nullum ab eo vestigium nisi monito lectore recedat." Talia qui promisit, qui in praefatiuncula aliquot linearum locum aptum reprehendendi Clavierii ob fidem et religionem circa literas neglectam sibi invenisse visus est [a]), is haud dubie scrupulosa quadam religione in opere suo versabitur. At et nos dolemus Bekkerum promissam hanc fidem minus necessariam duxisse. De ingentibus Bekkeri in literas meritis non est quod dicamus; lippis ea nota sunt atque tironibus; etiam Pausanias noster innumeris in locis hac editione partim codicis expressi virtute, partim ingeniosissimis editoris et amicorum coniecturis est emendatus, non raro restauratus. At non possumus non reprehendere nimiam quandam viri sagacissimi, qui procul dubio plus daturus esset si minus daret, levitatem, festinationem et (lugentes addimus) iniquitatem. Quae criminatio ne ipsa levis et iniqua videatur paucis erit comprobanda. Primum quidem quum Bekkeri religioni in exprimendo illo codice non sine ratione diffisi, multos libri manuscripti locos, praesertim in parte operis posteriore vel ipsi denuo conferremus vel ab amico conferendos curaremus, illico apparuit editionem non tam religiose codicis vestigia premere quam praefatio profitetur; atque haec incuria non circa apices tantum literarum aliasque eiusmodi minutias versatur, sed saepissime res maioris, imo maximi momenti praetermittuntur, non raro falsa referuntur, unde facile perspeximus ex editione Bekkeri de codicis lectione *tuto* concludi non posse, silentio eius nihil utique probari. Locos a nobis denuo in codice Parisino 1410 excussos asterisco notavimus (Pc*), unde facile quorum interest, collatione facta cum ed. Bekk., perspicient, iniuriam a nobis Bekkero non fieri. Levitatem porro et festinationem in eo deprehendimus quod in tanta notarum criticarum margini inferiori

---

a) „Clavigerum denique, quam in foro sanctissime coluit, fidem et religionem circa litteras dolemus minus necessariam duxisse."

subiectarum paucitate toties in nominandis emendationum auctoribus peccatum est; qua in re casu potius quam examine ductum Bekkerum suspiceris. Verum quidem est in rebus literariis, si disciplinam per se spectamus, parum referre quis aliquid dixerit, dummodo quod dictum est verum est; at nobis pietatis esse videtur ut suum cuique tribuatur, iisque qui bonas artes colunt apprime putamus esse videndum ne qui de literis bene meriti sunt laude sua defraudentur. Nos pro parte virili in commentario tacite suum cuique restituere conati sumus; ne vero temere criminari tantum virum videamur, haud ineptum erit testimonia apponere eaque non hinc illinc excerpta sed omnia e libris IX, X, collecta.

IX, 12, 1, 6. „ὡς add. Facius." — imo Sylburg.
— — 2, 8. „σίνγα MP; correxit Canterus." At Canterus probante Sylb. correxerat Ὄγκα; Ὄγγα profectum est a Siebelisio.
— — 5, 6. „post πρῶτος deest μέν." Hoc Siebel. etiam vidit (ed. mai.)
— — 6, 3. „προςόδιον Coraes; codices προςῳδιον." προςόδιον iam est in ed. Sieb. min. 1819.
— 13, 1, 4. „ὧν Claviger; codices ὡς." ὧν iam reposuit Porson.
— 25, 2, 7. „τόπος add. Claviger." Non Clav., sed Barth. ad Stat.; Clav. οὗτος in τόπος mutandum putat.
— 26, 7, 2. „praestat fortasse ἄγαλμα. ἐπιλέγουσι." Idem proposuit Siebel.
— 27, 2, 7. „Λυκομίδια MP: correxit Sylburgius." imo Palmerius.
— 30, 6, 4. „codices νεκυμάντιον; correxit Facius." Neutrum verum; neque omnes codd. habent νεκυμάντιον, neque correxit Facius; hic νεκυομάντιον scripsit, correxit Siebel. (ed. mai.)
— 31, 7, 2. „post γῇ cum Buttmanno omisi ἡ." Iam omiserat Siebel. editione utraque.
— 33, 2, 6. „ὧν] codices ὡς, Sylburg. ὅσα." — ὧν iam Siebel. coniectura invenerat (ed. mai.)
— — 4, 7. „παραγενομένῳ Buttmannus; παρθένον μὲν ῷ MP." — παραγινομένῳ Sieb. iam invenerat (ed. mai.)
— 36, 3, 2. „πολέμων P, ceteri πολέμοις." Quinam sunt hi ceteri?
— 41, 7, 4. „σηπεδόνος Claviger [imo Facius]; codices σηπεδόνας."
X, 2, 6, 5. „χαλκοῦν Sylb.; codices χαλκοῦ, addit Claviger νεκροῦ." Nominandi erant Palmer. Fac.

X, 5, 6, 9. „ὅσον ὀλίγη μεθ' ἣν codices correxerunt Kuhn. et Porson.“ Praeclaram correcturam maxima ex parte Sylburgio debemus.

— 9, 1, 5. „ἄξια add. Facius.“ imo Sylburg.

— 2, 9. „ἐνεβίβασεν Claviger [imo Valcken.]; codices ἀνεβίβασεν.“

— 10, 1, 5. „καὶ λέως Claviger [imo Porson.]; codices κελεός.“

— — 5, 3. „μετασχόντες Kuhn. [imo Sylburg.]; codices παρασχόντες.“

— — 8, 1. „προέχει [imo προέχει] Kuhnius. [imo Sylburgius.]

— 11, 6, 10. „Ῥίῳ Kuhn. [imo Palmer.]; codd. ὡρίῳ.“

— 12, 2, 7. „μόνον Claviger [imo Sylb.]; codd. μόνην.“

— 13, 5, 6. „συμπαραθεῖν οἱ καὶ τῷ MP.“ Addere oblitus est: „correxit Siebel.“

— 15, 7, 2. „ἐπιὼν τῶν κ.: codices ἐπιόντων.“ Addere debebat correcturam Siebel. deberi.

— 17, 6, 5. „ἴση codices: correxit Kuhn.“ [imo Sylb.]

— — 7, 2. „μέντοι Claviger [imo Schaefer et Siebelis]; codd. μὲν δή.“

— 18, 7, 2. „σφίσιν Facius [imo Sylb.]; codd. φασίν.“

— 19, 12, 2. „τοιαύτης] codd. τοσαύτης.“ Correcturae auctores Sylb. Siebel.

— 21, 3, 5. „οὗ Porson. [imo Sylb.]; codd. οὖν.“

22, 4, 8. „παρέξειν Clavig.“ Potius Schaefer, Wakefield.

— 10, 1. „ἀπήμαντον Sylburg. [imo Leopardus]; codd. εὐπήματον.“ Sylb. coniecerat ἀπήματον.

— 23, 6. 1. „ἀπὸ Claviger [imo Siebel. et Schaefer.]; ἐπὶ P. ὑπὸ ceteri.“

— 26, 2, 6. „αὐτὸν Clavig. [imo Sylb. Fac.]; codd. αὐτῶν.“

— 28, 4, 8. „αὐτὸν codd.; correxit Clavig.“ [imo Porson.]

— 29, 7, 4. „ἡγμένος Porsonus.“ [imo Abresch.]

— 30, 3, 6. „καθεζόμενον Siebelis: codd. καθεζόμενος.“ At Sieb. recepit καθεζόμενον ex Ag, idem in Pc* invenire potuisset Bekker.

— — 4, 2. „μειράκιον καὶ ἐς ευγένειαν δὲ codd.: correxit Kuhn.;“ addi debebat „et Siebel.“

— 31, 11, 2. „νέα Clavig. [imo Siebel.]; codd. ἐάν.“

— 32, 5, 1. „τούτῳ Kuhn. [imo Sylb.]; codd. τούτου.“

— — — 2. 3. „σφίσιν et ἀπέχει Facius.“ [imo Goldhag.]

— — 9, 5. „τῇ ἄκρᾳ Clavig.“ [imo Siebel. et Schaefer.]

— 33, 5, 3. „ὡς τὰ Porson.“ [imo Sylb.]

— — 7, 4. „ἐστὶ Clavig.“ [imo Porson.]

— — 9, 10. „ἰσχυρὰν Siebelis, ἔχειν Coraes: codd. ἰσχυρὸν ἀνέχειν.“ Utraque emendatio est a Siebel.

— 34, 5, 1. „malim cum Kuhnio [imo Facio] τῶν δὲ Κ. τὸ λῃστικόν.“

X, 35, 10, 4. „κατειλημμένον MP: correxit Coraes.“ [imo Porson. Siebel.]
— 36, 10, 6. „οἰκίᾳ codd.“ addere debebat: „correxit Sylb.
— 37, 3, 9. „συμβαλέσθαι Coraes.“ [imo Siebel.]
— 38, 8, 4. „τὸ add. Siebelis.“ [imo Sylb.]
— — 10, 4. „οἷς Claviger.“ [imo Sylb.]

Haec sufficiant, qui plura cupit haud magno opere inveniet; tenendum tamen ne ipsi Bekkero insignem iniuriam facere videamur, Porsoni observationes et Clavierii editionem quod tempus attinet fere convenire, ita ut merito multae emendationes utrique tribuantur (Clavierium vero praecipuo quodam amore prosecutus videtur Bekkerus); omnes vero supra laudatas Siebelisii emendationes in eius editione minore (1818. 1819.) iam reperiri, nisi ubi contrarium diserte monuimus.

Iniquitatem denique in eo videmus, quod Bekkerus — nolumus dicere sciens volensque, quae malitia foret cuius suspicio procul abest —, de Siebelisii meritis toties detraxit modo reticendo quae non debebat, modo Clavierio emendationes adscribendo quae in Siebelisii editione minore iam inveniebantur; haec autem editio prodiit anno 1819, Clavierii volumen libros posteriores continens anno 1821. Exempla in iis habemus quae modo proposuimus. At fortasse non inspexit editionem Siebelisii minorem vir occupatus? Imo inspexit; ea ipsa adeo, ni egregie fallimur, usus est cui inscriberet lectionem codicis Parisini suasque notulas; eandem mutatis mutandis typis describendam dedit; quod quidem satis tuto e vitiis typotheticis utrique editioni communibus argumentari posse videmur. Sic, ne desint exempla, V, 24, 6. utraque editio habet οὐν (sic) pro οὐκ; III, 13, 1. ἐτάφησον pro ἐτάφησαν; IV, 24, 2. πόλεμον pro πολέμου; IX, 29, 2. αὐτοῖς pro αὐταῖς. [a])

Ex iis quae hucusque disputata sunt facili argumentatione concluditur editionem criticam Pausaniae e codicum fide recognitam et apparatu copiosiore instructam adhuc desiderari.

Ut notitiam literariam uno loco absolvamus indicem versionum subnectimus.

---

a) Semel tantum de facta iniuria conqueritur vir mitissimus, in Auctar., ubi Excerpta dat e Bekkeri editione, ad VIII, 22. „Emendationem προλιμνάζει praeter ius et aequitatem peregrino homini tribuit.“

Latine Pausaniae Attica et Corinthiacorum initium usque ad verba ὀπίσω κομίζουσιν ἐς Θήβας cap. 6. vertit Domitius Calderinus. 4. s. l. et a. (Venet. p. Bernardin. circa 1498.), de qua editione conferendi sunt Fabric. Bibl. Gr. V, 310. Harl. et Ebert Bibliogr. Lex. 16055. II. p. 326. — Attica et Corinthiaca ex vers. Dom. Chalderini Veronensis, a Io. Oporino emendata. Basil. 1541. 4. Neutram editionem inspicere contigit; quae inde protulimus Siebelisio debemus. Conferantur epistolae H. D. Calderini a Sebastiano Ciampi in Praef. versionis ital. publici iuris factae. — Pausaniae de tota Graecia libri X hactenus a nemine in linguam latinam conversi, nunc primum in lucem editi *Abr. Loeschero* interprete. Basil. ap. Oporin. 1550 fol. Cf. Fabric. Bibl. Gr. l. d. Ebert d. l. nr. 16058. Siebelis I. p. XXXVII. Clavier I. p. VII. E libro msto factam esse versionem affirmant Clavier, Ebert, Harles ad Fabric. l. d. Nobis secus videtur ob Sylburgii verba, ad quae, quod mireris, ipse provocat Harlesius. „Eo ipso libro (sunt Sylburgii verba de exemplari Ursiniano editionis Aldinae supra iam commemorato) in sua versione usus fuerat Abrah. Loescherus, qui ut plerasque Hartungii notas fuerat sequutus, ita quasdam illis non adspernandas adiecerat." — Tertius Pausaniae interpres latinus fuit *Romul. Amasaeus*, cuius versio Romae prodiit 1547. 8. (sec. Fabric. l. d.; 4. Eberto teste l. d. nr. 16056.). Repetita est Florent. 1551. fol. ap. L. Torrentium [a]) (Torrentinum sec. Ebert., quod rectius videtur), Basil. 1557. 8. Lugd. 1559. 12. Francof., e recognitione Sylburgii. 1624. 8. Praeterea haec versio castigata a Sylburgio et Siebelisio addita est editionibus Xylandro-Sylburgianae, Kuhnianae, Facianae et Siebelisianae, eandemque nostrae editioni accommodatam repetendam curavimus. Amasaeum in sua versione praeter sagacissimum ingenii acumen mstos etiam codices, impressis emendatiores ad manum habuisse recte suspicatur Sylburgius. „Amaséus traduisait sur l'édition d'Alde. Sa version offre néanmoins plusieurs corre-

a) In Catalogo ragionato dei libri d'arte e d'antichità posseduti dal conte Cicognara. Pisa. 1821. II, p. 34. nr. 2696. est: „Pausaniae veteris Graeciae descriptio. Torrentino 1551. fol." Est haud dubie ineptus titulus huius editionis.

ut in Vab. τέλος τοῦ παυνίου. δόξα τῷ θεῷ. Le
tem ex hoc codice valde negligenter excerptam
multo uberiorem Siebelisius invenit marginibus
nianae a C. F. Matthaei anno 1777 adscriptam
in Bibliotheca Dresdensi asservatur. Ex eoden
lectiones accuratissime enotatas continet exemp
Bibliothecae senatoriae Lipsiensis. Precibus no
laborem taedii plenum in se suscepit Godofr. H
summus, illamque collationem sua ipsius ma
nobiscum communicavit. Accuratam praeterea
ptionem debemus Hoffmanno, Phil. Doctori, pa
nis Moscoviae commoranti. — Codex ν ephelcy
tissimus.

5) Codex Lugdunensis Ms. Graec. Nr.
chartaceus, fol.; folia non sunt numerata, a
Bibliothecae Matth. Röveri I. p. 49. sub nun
Petrus van Wesele Scholten, Catalogi auctor,
testatur. Constat autem codex diligenter script
tibus, charta, scriptura, indole, tempore on
Pars prior usque ad finem libri quarti recentior
est et propius accedit ad eam codicum classem cu
Aldinus adnumerandi sunt. Continet haec cum ti
Ἑλλάδος περιηγήσεος (sic). Ἀττικά, 21. mani
(praeter tres priores), quorum singuli complect
itidem signata, at quattuor tantum priora, quum
plicata (quaterniones); sic fere: ε^ον. φύλλον
δ^ον; quattuor sequentia non signantur; in octav
est custos quem vocant non a laeva ad dextra
directione transversa; sequitur ξ^ον, φύλλον α^ον
vicesimi primi folium octavum purum est. Pars
crassiori et scripturae compendiis plurimis exara
manipulos undecim, foliorum denorum, excep
octo tantum continet folia; folia non signantur,
tum usque ad ζ^ον; custos directione transversa
ceps indicat manipuli finem. Folia primum atqu
nibus attrita et usu sordidata, ita ut extrema fuiss
agnoscas. Desinit haec pars verbis ἀπὸ θαλάσ
μονίων τὰς φθορὰς καὶ ἁρμοστὰς ἐκβαλλόντ

nimia fortasse lectionis quam nuncupant vulgatam reverentia et timiditate quadam fere senili emendationes manifestissimas a codice oblatas aut a se ipso aliove inventas in commentario retinuit aliisque in contextum eas recipiendi laudem reliquit, quo factum est ut non uno loco in editione Bekkeriana egregias correcturas omisso auctoris nomine tacite videamus receptas.'

Eodem fere tempore in Gallia prodiit editio Steph. Clavierii (Paris. 1814—1823. 7 voll. 8.) ad maiora adspirans; promittit enim novam recensionem ad fidem codicum Parisinorum; at promissis non stetit; multos quidem locos codicum ingeniique auxilio emendavit, novam vero recognitionem, quo nos sensu hoc nominis adhibere solemus, neutiquam instituit. Perlustravit enim vir ceteroquin meritissimus codices Bibliothecae regiae variasque inde excerpsit lectiones commode atque defunctorie; fidem vero illam et religionem et vel minimorum curam quae ne manifesta quidem menda despicit omnino desideramus, sine quibus tamen nullo modo neque de codicum indole mutuaque inter se affinitate iudicium ferri, neque crisis exerceri potest. Accedit praeterea superstitiosa quasi in Facii coniecturas veneratio quae tanta est ut plerumque apud Clavierium in contextu inveniamus quae Facius ne in notas quidem admittere debuerat. Editionem post absolutum volumen secundum Clavierii morte interruptam ad finem perduxerunt Courier et Coraes, viri doctissimi; Coraes multis coniecturis plerumque egregiis imo margini appositis et in calce adiunctis exornavit editionem. Volumen septimum notas Clavierii sive potius schedas non satis accurate digestas continet; festinatio iam inde satis perspicitur quod saepe locum indicare obliti sunt editores quo referenda sit nota, quod haud raro in notis haec vel illa lectio recepta dicitur quae recepta non est, ut taceamus levitatem qua nomina haudquaquam obscura deformata videmus; sic Heyne saepissime vocatur Hègue, p. 121. 125. 175. 182. 183 (bis); Wyttenbachii nomen in Wyttembach et Wittembach transiit pag. 125. Sed sunt haec leviora.

Omnes editiones hucusque descriptae uno nituntur fundamento, exemplari Aldino, quod quam parum sit firmum supra demonstrasse nobis videmur; editores sequentes hic illic quidem non sine successu maculas abstergere conati sunt, nova

vero fundamenta iacere primus aggressus est Im. Bekker. Vidit enim vir sagacissimus et doctissimus de integro quasi totam hanc rem sub censum esse revocandam et prae omnibus solida iacienda esse fundamenta antequam nova recognitio cum fructu institui possit; quare codicem Parisinum 1410 (apud nos Pc) ita expressit „ut nullum ab eo vestigium nisi monito lectore recedat.“ Talia qui promisit, qui in praefatiuncula aliquot linearum locum aptum reprehendendi Clavierii ob fidem et religionem circa literas neglectam sibi invenisse visus est [a]), is haud dubie scrupulosa quadam religione in opere suo versabitur. At et nos dolemus Bekkerum promissam hanc fidem minus necessariam duxisse. De ingentibus Bekkeri in literas meritis non est quod dicamus; lippis ea nota sunt atque tironibus; etiam Pausanias noster innumeris in locis hac editione partim codicis expressi virtute, partim ingeniosissimis editoris et amicorum coniecturis est emendatus, non raro restauratus. At non possumus non reprehendere nimiam quandam viri sagacissimi, qui procul dubio plus daturus esset si minus daret, levitatem, festinationem et (lugentes addimus) iniquitatem. Quae criminatio ne ipsa levis et iniqua videatur paucis erit comprobanda. Primum quidem quum Bekkeri religioni in exprimendo illo codice non sine ratione diffisi, multos libri manuscripti locos, praesertim in parte operis posteriore vel ipsi denuo conferremus vel ab amico conferendos curaremus, illico apparuit editionem non tam religiose codicis vestigia premere quam praefatio profitetur; atque haec incuria non circa apices tantum literarum aliasque eiusmodi minutias versatur, sed saepissime res maioris, imo maximi momenti praetermittuntur, non raro falsa referuntur, unde facile perspeximus ex editione Bekkeri de codicis lectione *tuto* concludi non posse, silentio eius nihil utique probari. Locos a nobis denuo in codice Parisino 1410 excussos asterisco notavimus (Pc*), unde facile quorum interest, collatione facta cum ed. Bekk., perspicient, iniuriam a nobis Bekkero non fieri. Levitatem porro et festinationem in eo deprehendimus quod in tanta notarum criticarum margini inferiori

---

a) „Clavigerum denique, quam in foro sanctissime coluit, fidem et religionem circa litteras dolemus minus necessariam duxisse.“

subiectarum paucitate toties in nominandis emendationum auctoribus peccatum est; qua in re casu potius quam examine ductum Bekkerum suspiceris. Verum quidem est in rebus literariis, si disciplinam per se spectamus, parum referre quis aliquid dixerit, dummodo quod dictum est verum est; at nobis pietatis esse videtur ut suum cuique tribuatur, iisque qui bonas artes colunt apprime putamus esse videndum ne qui de literis bene meriti sunt laude sua defraudentur. Nos pro parte virili in commentario tacite suum cuique restituere conati sumus; ne vero temere criminari tantum virum videamur, haud ineptum erit testimonia apponere eaque non hinc illinc excerpta sed omnia e libris IX, X, collecta.

IX, 12, 1, 6. „ὡς add. Facius." — imo Sylburg.

— — 2, 8. „σίνγα MP; correxit Canterus." At Canterus probante Sylb. correxerat Ὄγκα; Ὄγγα profectum est a Siebelisio.

— — 5, 6. „post πρῶτος deest μέν." Hoc Siebel. etiam vidit (ed. mai.)

— — 6, 3. „προςόδιον Coraes; codices προςῴδιον." προςόδιον iam est in ed. Sieb. min. 1819.

— 13, 1, 4. „ὧν Claviger; codices ὡς." ὧν iam reposuit Porson.

— 25, 2, 7. „τόπος add. Claviger." Non Clav., sed Barth. ad Stat.; Clav. οὗτος in τόπος mutandum putat.

— 26, 7, 2. „praestat fortasse ἄγαλμα. ἐπιλέγουσι." Idem pro posuit Siebel.

— 27, 2, 7. „Λυκομίδια MP: correxit Sylburgius." imo Palmerius.

— 30, 6, 4. „codices νεκυμάντιον; correxit Facius." Neutrum verum; neque omnes codd. habent νεκυμάντιον, neque correxit Facius; hic νεκυομάντιον scripsit, correxit Siebel. (ed. mai.)

— 31, 7, 2. „post γῇ cum Buttmanno omisi ἡ." Iam omiserat Siebel. editione utraque.

— 33, 2, 6. „ὧν] codices ὡς, Sylburg. ὅσα." — ὧν iam Siebel. coniectura invenerat (ed. mai.)

— — 4, 7. „παραγενομένῳ Buttmannus; παρθένον μὲν ᾧ MP." — παραγινομένῳ Sieb. iam invenerat (ed. mai.)

— 36, 3, 2. „πολέμων P, ceteri πολέμοις." Quinam sunt hi ceteri?

— 41, 7, 4. „σηπεδόνος Claviger [imo Facius]; codices σηπεδόνας."

X, 2, 6, 5. „χαλκοῦν Sylb.; codices χαλκοῦ, addit Claviger νεκροῦ." Nominandi erant Palmer. Fac.

X, 5, 6, 9. „ὅσον ὀλίγη μεθ' ἣν codices correxerunt Kuhn. et Porson.“ Praeclaram correcturam maxima ex parte Sylburgio debemus.
— 9, 1, 5. „ἄξια add. Facius.“ imo Sylburg.
— 2, 9. „ἐνεβίβασεν Claviger [imo Valcken.]; codices ἀνεβίβασεν.“
— 10, 1, 5. „καὶ λέως Claviger [imo Porson.]; codices κελεός.“
— — 5, 3. „μετασχόντες Kuhn. [imo Sylburg.]; codices παρασχόντες.“
— — 8, 1. „πρόεχει [imo προέχει] Kuhnius. [imo Sylburgius.]
— 11, 6, 10. „Ῥίῳ Kuhn. [imo Palmer.]; codd. ὠρίῳ.“
— 12, 2, 7. „μόνον Claviger [imo Sylb.]; codd. μόνην.“
— 13, 5, 6. „συμπαραθεῖν οἱ καὶ τῷ MP.“ Addere oblitus est: „correxit Siebel.“
— 15, 7, 2. „ἐπιὼν τῶν κ.: codices ἐπιόντων.“ Addere debebat correcturam Siebel. deberi.
— 17, 6, 5. „ἴση codices: correxit Kuhn.“ [imo Sylb.]
— — 7, 2. „μέντοι Claviger [imo Schaefer et Siebelis]; codd. μὲν δή.“
— 18, 7, 2. „σφίσιν Facius [imo Sylb.]; codd. φασίν.“
— 19, 12, 2. „τοιαύτης] codd. τοσαύτης.“ Correcturae auctores Sylb. Siebel.
— 21, 3, 5. „οὖ Porson. [imo Sylb.]; codd. οὖν.“
22, 4, 8. „παρέξειν Clavig.“ Potius Schaefer, Wakefield.
— 10, 1. „ἀπήμαντον Sylburg. [imo Leopardus]; codd. εὐπήματον.“ Sylb. coniecerat ἀπήματον.
— 23, 6. 1. „ἀπὸ Claviger [imo Siebel. et Schaefer.]; ἐπὶ P. ὑπὸ ceteri.“
— 26, 2, 6. „αὐτὸν Clavig. [imo Sylb. Fac.]; codd. αὐτῶν.“
— 28, 4, 8. „αὐτὸν codd.; correxit Clavig.“ [imo Porson.]
— 29, 7, 4. „ἡγμένος Porsonus.“ [imo Abresch.]
— 30, 3, 6. „καθεζόμενον Siebelis: codd. καθεζόμενος.“ At Sieb. recepit καθεζόμενον ex Ag, idem in Pc* invenire potuisset Bekker.
— — 4, 2. „μειράκιον καὶ ἐς εὐγένειαν δὲ codd.: correxit Kuhn.;“ addi debebat „et Siebel.“
— 31, 11, 2. „νέα Clavig. [imo Siebel.]; codd. ἐάν.“
— 32, 5, 1. „τούτῳ Kuhn. [imo Sylb.]; codd. τούτου.“
— — — 2. 3. „σφίσιν et ἀπέχει Facius.“ [imo Goldhag.]
— — 9, 5. „τῇ ἄκρᾳ Clavig.“ [imo Siebel. et Schaefer.]
— 33, 5, 3. „ὡς τὰ Porson.“ [imo Sylb.]
— — 7, 4. „ἐστὶ Clavig.“ [imo Porson.]
— — 9, 10. „ἰσχυρὰν Siebelis, ἔχειν Coraes: codd. ἰσχυρὸν ἀνέχειν.“ Utraque emendatio est a Siebel.
— 34, 5, 1. „malim cum Kuhnio [imo Facio] τῶν δὲ Κ. τὸ λῃστικόν.“

tamen qui manuscripti circumferebantur correctiores publicare, idque suasore et adiutore M. Musuro" affirmat; sed codices illos aetate circa has res parum curiosa diligentius describere neglexit. Plures vir meritissimus commemorat codices; at si accuratius examinamus editionem, eamque cum codicibus conferimus qui prostant, ex uno codice eoque deterioris notae satis negligenter esse expressam haud ambigue possumus concludere, quod ex apparatu nostro critico manifesto patet; vix ullo enim loco a lectione codicis Vindobonensis alterius recedit editio Aldina. Iam quaestio exoritur ex quonam libro manuscripto expressa sit editio Veneta; e codice Veneto scilicet, inquiunt; sic v. g. Morelli Biblioth. Mss. graec. et latin. p. 282. Matth. Roever in epistola ad d'Orvillium (v. Benj. Petr. van Wesele Scholten in Catalogo libror. M. Roeveri. I, p. 50.), qui de codice suo disserens altero haec addit: „Codex pergamenus mihi videtur descriptus ex eodem illo exemplo, quo suam editionem desumsit Aldus, qui [imo M. Musurus] ingenio suo multa mutavit ac supplevit et sic Pausaniae quaedam loca legimus corrupta emendatoris vitio." Ante haec tria saecula plures haud dubie Venetiis esse potuerunt codices Pausaniae; id vero confidenter sane affirmare audemus, neque Aldi editionem expressam esse ex illo codice, qui nunc Venetus nuncupatur, neque Roeveri librum ex eo descriptum esse e quo desumta est editio Veneta. Proxime haec accedit ad lectionem codicis, quod iam monuimus, Vindob. b. et Neapolitani. — Expressam esse editionem negligenter et multis operarum inquinari vitiis facile concedimus [a]); lacunas vero sola editoris socordia ortas, quas Clavierius sibi deprehendere visus est, nos quidem non invenimus [b]). Multo maioris momenti illud est quod praeter multos alios Roeverus commemorat loco supra adscripto, Aldum seu potius Musurum non pauca ingenio suo mutavisse et supple-

---

a) Multi eiusmodi errores usque in recentissimas editiones propagati sunt; sic v. g. I, 25, 8. vitio typothetico Ald. habet φαγήν; id editores sequentes mutarunt in σφαγήν; Clavier et Bekker e codicibus veram lectionem restituerunt φυγήν.

b) „Il y manque même quelques passages qui sont dans tous les manuscrits. On en trouve des exemples liv. VIII, ch. 41. et liv. X, ch. 8." Quae quam inconsiderate sint iam e commentario nostro patebit.

visse, ita ut Pausaniae quosdam locos legamus corruptos emendatoris vitio. Quae criminatio quam sit vera exempla optime comprobabunt, quare locos quosdam in quibus manifesto correctoris manum deprehendimus eamque parum felicem recensere haud ineptum visum est. V, 6, 3. in codice suo Musurus invenit quod etiam alter Lugdunensis et Vindobonensis b. exhibent, *διὰ χωρίου τὰ πλείονα ὑπὸ ψάμμου;* medela in promtu erat, at librarius male restituit locum *ὑπὸ ψάμμου κεκαλυμμένου,* quae corruptela usque ad Bekkerum editiones nostras pervagata est. — VIII, 43, 2. in omnibus editionibus legitur *καὶ Ῥωμαίων μέρος τῆς καθ' ἡμᾶς πόλεως, ὅπερ ᾤκεῖτο ὑπὸ τοῦ Εὐάνδρου καὶ Ἀρκάδων τῶν συνακολουθησάντων, ὄνομα ἔσχε Παλλάντιον,* ubi *ὅπερ* quod ab omnibus abest codicibus a Musuro idque haud inepte insertum videtur; quare expuncta hac voce olim e codice Angelico *ᾤκεῖτο δὲ ὑπὸ* reposueramus; nunc excusso codice Lugdun. a. *πόλεως ὃ ᾤκεῖτο* scripsimus. — IX, 5, 14. *καὶ τὸν Θέρσανδρον κατέλαβεν ἀποθανεῖν ὑπὸ Τηλέφου* ex ed. Ald. omnes receperunt reliquae; at *ἀποθανεῖν* in nullo legitur codice; profundius mendum cubare videtur. — IX, 13, 5. cum Aldo offerunt editiones: *καὶ ὁ Σκέδασος (ἐς Λακεδαίμονα γὰρ ἐλθόντι οὐδεμία ἐγένετο αὐτῷ δίκη) οὕτως ἐς τὰ Λεῦκτρα ἐπανήκων αὑτὸν διεργάζεται;* sed *γὰρ* ab omnibus abest codicibus (e Bekkeri enim silentio in Paris. c. particulam illam legi nolimus concludere) et haud dubie Musuri correcturae debetur; quare nos deleta voce spuria olim e coniectura scripseramus: *καὶ ὁ Σκέδασος ὡς ἐς Λακεδαίμονα ἐλθόντι οὐδεμία ἐγένετο αὐτῷ δίκη οὕτως* cet., quod postea codice Lugd. a. egregie confirmatum vidimus. — IX, 16, 6. editiones sic: *ἐνιαυτοῦ δὲ ἅπαξ ἑκάστου τὸ ἱερὸν ἀνοιγνύναι σφίσιν ἔθος ἐν ἡμέραις τακταῖς.* De suo *ἔθος* addidit Musurus; quare expuncto hoc nomine faciliori medela *σφίσιν* mutavimus in *φασίν.* — IX, 20, 4. *ὁ μὲν δὴ σεμνότερος ἐς αὐτὸν λόγος τὰς γυναῖκάς φησι τὰς Ταναγραίων πρώτας Διονύσου τὰ ὄργια μυηθείσας ἐπὶ θάλασσαν καταβῆναι καθαρσίων εἵνεκα;* variant hoc loco codices, at vocis *μυηθείσας* in nullo vestigium; quae quum ne satis apta quidem a Musuro inserta videretur, in mentem nobis venerat: *τὰς γυναῖκάς φησι τὰς Ταναγραίων τοῦ Διονύσου πρὸς τὰ ὄργια ἐπὶ θάλασσαν καταβῆναι.* Nunc meliora offert Lugdunensis primus: *τὰς γυναῖκας φασι* (leg. *γυναῖκάς φησι*)

τὰς Ταναγραίων πρὸ τῶν Διονύσου ὀργίων (melius e vestigiis aliorum codicum πρὸ τοῦ Διονύσου τῶν ὀργίων) ἐπὶ θάλασσαν καταβῆναι. — IX, 27, 6. τὸν δὲ νομίζοντα δικάσαι; hoc loco τὸν δὲ a Musuro additum est; at nondum integritati esse restitutum Pausaniae sermonem latiusque hiare lacunam satis comprobatur sequente νομίζοντα quod sensu carere videtur etiamsi admittas Musuri interpolationem. Alia exempla quamplurima locorum Musuri correctionibus depravatorum suppeditabit commentarius noster; quae protulimus sufficere videntur ad comprobandum iudicium nostrum de editionis Aldinae indole et pretio critico; est enim e malo codice negligenter expressa, crebris Musuri coniecturis et interpolationibus deformata, nullis virtutibus commendabilis; et ex eiusmodi editione omnes reliquae praeter unam Bekkeri, tanquam e fonte suo derivantur.

Sequitur editio secunda a Guil. Xylandro praeparata, a magno Frid. Sylburgio in lucem edita, Francofurti ap. hered. Wechel. 1583. fol. Guil. Xylander multa editionis Aldinae vitia correxit, multa e coniectura egregie restituit; quum praematura morte abreptus vir doctus ultra Eliaca priora opus perducere non potuisset laborem interruptum suscepit et absolvit Fridericus Sylburgius totque locis tam egregiam adhibuit medelam ut recte Pausaniae sospitator possit nuncupari. Subsidiis usus est praeter incredibile quo gaudebat ingenii acumen, duobus exemplaribus (quorum alterum illius temporis more *codicem* appellat), multis in locis emendatis; alterum Ioach. Camerarii, alterum Zach. Ursini fuit. In hoc multa Ioannis Oporini et Abr. Loescheri (qui hoc libro in versione sua usus est) manu marginibus adscripta invenit Sylburgius; praeterea Adr. Turnebi, Dion. Lambini, Adr. Iunii, Guil. Canteri, Paul. Leopardi aliorumque observationes diligenter conquisitas ad emaculandum Pausaniae sermonem adhibuit et in commentarium critici potissimum argumenti, bonae frugis refertissimum congessit. Editioni diligenter excusae adiecta est Rom. Amasaei versio latina a Sylburgio accurate castigata. — Repetita est haec editio Hanoviae apud eosdem heredes Wechel. anno 1613 fol., ita ut priorem ex asse referat nisi quod versionem latinam non separatim editam sed per singulas paginas adiunctam continet; eam conferre operae pretium non duximus.

Hanc excepit editio Lipsiensis Ioach. Kuhnii (1696. fol.) nitida quidem nec incorrecta, sed praematura, ne dicamus tumultuaria; quae ne durius dicta videantur ipse in praefatione de laboris consilio atque ratione disserens audiendus est. Subsidia quibus instructus ad Pausaniam accessit quam fuerint exilia ipse satis testatur; „in chartam coniecit loca quaedam mendis lacunisque maioribus obsita, quam ut ingenio expleri corrigive possent et ad doctos libros exigenda transmisit Lutetiam;" spe sua frustratus non amplius consuluit codices Parisinos, sed alia subsidia circumspiciens exemplar Aldinum Casauboni observationibus instructum, quod Ioannis Bourdelotii [a]) olim fuerat, a bibliopola Lipsiensi accepit; unde perspicimus eum manibus certe trivisse editionem Aldinam, quum ex aliis indiciis satis appareat editionem ipsam (circa margines enim versatus videtur) a viro ceteroquin meritissimo non esse excussam. Sic, ne desit exemplum, VI, 18, 3. Aldus cum codicibus habet ἅτε θέοντες περὶ γυναικῶν; in Xylandri editionem operarum negligentia irrepsit δέοντες, quod retinuit quidem Kuhnius, at e *Suida* veram lectionem proferens tanquam probabilem commendat. Negari tamen nequit multos Pausaniae locos a Kuhnio praeclare esse emendatos. Primus in capita distinxit libros; versionem Amasaei latinam, commentarios Xylandri et Sylburgii suasque observationes addidit; verissime tamen Siebelisius, praef. ad T. I. p. XXXV. vehementer eos errare, ait, qui Xylandro-Sylburgiana editione se carere posse putent, quoniam Sylburgii adnotationes Kuhnius se in suam editionem transtulisse professus sit; non paucas enim illarum adnotationum a Kuhnio per negligentiam esse omissas.

Nova tandem subsidia offert editio Io. Frid. Facii, Lips. 1794—97. 4 voll. 8. Nullam quidem praeter Kuhnianam editionem inspexisse Facium observavit iam Siebelis. I, p.

---

a) Bourdelotium de edendo Pausania cogitasse, notum, et ipse de consilio suo disserit, non diserte quidem, sed ut solet homo „alibi" doctus ablegans ad futuram Pausaniae editionem; v. ad Lucian. T. III, 267. 474. Bip.; quare Casp. Barthio non adsentimur qui ad Stat. II, p. 623: „meliorem futurum Pausaniam credere sibi induxit si in eum suas nobis curas nollet invidere Io. Bourdelotius."

XXXV, et Clavier I, p. IV sq. [a]); at lectionibus usus est e codicibus Vindobonensi a. et Mosquensi excerptis; *excerptis* dicimus, nam collationes neque ea qua par erat cura, neque fide factae sunt, ita ut specimina potius quam iustae collationes appellari possint; eaeque ipsae minus ad emendandos corruptos Pausaniae locos quam ad exornandas notas adhibitae videntur. Neque tamen negari potest multis in locis Pausaniae sermonem a Facio feliciter ex ingenio esse restitutum, quamvis iusto cautior coniecturas raro in textum recepit. — Tomus quartus continet Amasaei versionem latinam. Primus in segmenta distinxit capita. — E Facii editione procul dubio ea expressa est quam Tauchnitz anno 1818. tribus voluminibus 12. in lucem emisit. Editionem non inspeximus.

Maiori operi Car. Godofr. Siebelis praelusit editione minore quam volumine quarto, quinto et sexto complectitur Bibliotheca Prosaicorum Graecorum a Weigelio Lipsiae 1818 — 19. edita. Novae quidem recensionis prae se fert nomen in titulo, at hoc se sciente et volente additum negat editor I, p. XXXIX. Quamvis vero ad novae recensionis laudem adspirare non potest minor haec editio, non paucis tamen in locis corruptelas vel ex ingenio vel codicum auctoritate a doctissimo aeque ac modestissimo viro sublatas videmus. Maioris moliminis est altera editio quam idem quinque voluminibus Lipsiae in lucem emisit 1822—28. Continet praeter Graeca Pausaniae emendata et versionem Amasaei castigatam, commentarios copiosissimos qui non solum circa rerum a Pausania narratarum explicationem versantur, sed id etiam apprime spectant ut haec Graeciae descriptio quam fieri possit proxime ad integritatem formamque nativam reducatur. De subsidiis quibus id assequi conatus est accurate disputat in praefatione p. XXVI sqq. et qua est ingenuitate ipse haud celat valde tenuem sibi ad manum fuisse supellectilem ad Pausaniae contextum, quem dicunt, corrigendum. Recenset varias lectiones duorum codicum Vin-

a) Exemplis a Sieb. et Clav. prolatis adde X, 20, 9. ubi vitium typothet. in ed. Kuhn. τὰ ἐς τῆς, parum dextre Facius mutavit in τὰ τῆς. Cf. etiam Siebel. ad X, 37, 4. p. 320, ubi tamen corrigendum „pro vulgato ἀπέτεμον."

dobonensium cum Facio communicatas, porro codicis Mosquensis a C. F. Matthaei anno 1777 marginibus editionis Kuhnianae adscriptas, quod exemplar possidet Bibliotheca Dresdensis, deinde excerpta e codicibus Parisinis a Clavierio publici iuris facta, nonnullis etiam e locis a Boissonado roganti Siebelisio transmissa; denique specimina quaedam e primis foliis codicis Monacensis. Quae sunt reliqua, nimirum lectiones quaedam e codicibus Vaticano et Angelico ab Uhdenio excerptae et exilibus ex codicis Heidelbergensis cuiusdam fragmentis a Creuzero communicatae ad exornandam editionem haud multum prodesse potuerunt. Iam quod attinet ad codices Vindobonenses eorum alter dici non potest quanta incuria sit collatus; in Messeniacis adeo plane silet, teste Siebel. II, p. V. [a]); alter vero vix est inspectus. Multo copiosiorem messem praebuit codex Mosquensis diligentius quidem quam antea necdum tamen satis accurate excussus. Haec subsidiorum exilitas solidam et firmis fundamentis exstructam quam dicunt contextus recensionem non permisit; at enimvero indefesso studio et incredibili diligentia magnoque ingenii acumine id assecutus est Siebelisius ut nemo facile eo melius de Pausania nostro meritus dicatur. Eius enim commentario non is tantum tanquam armamentario uti potest qui res solummodo et argumentum spectat; sed etiam qui sermoni expoliendo suas impendit curas. Nam praeter innumeros locos ab editore ipso ex ingenio feliciter emendatos maxima diligentia quae ab aliis ad emaculandum Pausaniae contextum inventa erant congesta commentario suo exposuit. Quas quidem huius editionis laudes hoc loco non praedicare non potuimus, quum quid ei debeamus, quanti laboris nobis compendium fecerit si reticere velimus animi foret ingrati hominibusque ingenuis indigni; idque eo facimus lubentius quoniam virum modestissimum ab aliis inique tractatum, bonamque laudis partem ei praereptam, non raro in alium translatam videmus. Si quid est quod reprehendas, in eo versatur, quod vir doctissimus

---

a) Non plane silet; legimus enim v. g. ad IV, 1, 2. „*ἔχειν* pro *σχεῖν* Vind.;“ ad IV, 1, 5. „Vind. *δόμους κέλευθά τε*;“ cap. 4, 4. „*διόλου* Vind.“ Causam cur is qui contulit codicem neglexerit Messenica nos quidem non perspicimus.

nimia fortasse lectionis quam nuncupant vulgatam reverentia et timiditate quadam fere senili emendationes manifestissimas a codice oblatas aut a se ipso aliove inventas in commentario retinuit aliisque in contextum eas recipiendi laudem reliquit, quo factum est ut non uno loco in editione Bekkeriana egregias correcturas omisso auctoris nomine tacite videamus receptas.'

Eodem fere tempore in Gallia prodiit editio Steph. Clavierii (Paris. 1814 — 1823. 7 voll. 8.) ad maiora adspirans; promittit enim novam recensionem ad fidem codicum Parisinorum; at promissis non stetit; multos quidem locos codicum ingeniique auxilio emendavit, novam vero recognitionem, quo nos sensu hoc nominis adhibere solemus, neutiquam instituit. Perlustravit enim vir ceteroquin meritissimus codices Bibliothecae regiae variasque inde excerpsit lectiones commode atque defunctorie; fidem vero illam et religionem et vel minimorum curam quae ne manifesta quidem menda despicit omnino desideramus, sine quibus tamen nullo modo neque de codicum indole mutuaque inter se affinitate iudicium ferri, neque crisis exerceri potest. Accedit praeterea superstitiosa quasi in Facii coniecturas veneratio quae tanta est ut plerumque apud Clavierium in contextu inveniamus quae Facius ne in notas quidem admittere debuerat. Editionem post absolutum volumen secundum Clavierii morte interruptam ad finem perduxerunt Courier et Coraes, viri doctissimi; Coraes multis coniecturis plerumque egregiis imo margini appositis et in calce adiunctis exornavit editionem. Volumen septimum notas Clavierii sive potius schedas non satis accurate digestas continet; festinatio iam inde satis perspicitur quod saepe locum indicare obliti sunt editores quo referenda sit nota, quod haud raro in notis haec vel illa lectio recepta dicitur quae recepta non est, ut taceamus levitatem qua nomina haudquaquam obscura deformata videmus: Heyne saepissime vocatur Hègue, p. 121. 125. 175 183 (bis); Wyttenbachii nomen in Wyttembach et [illegible] bach transiit pag. 125. Sed sunt haec leviora.

Omnes editiones hucusque descriptae uno ni[illegible] mento, exemplari Aldino, quod quam parum [illegible] demonstrasse nobis videmur; editores seque[illegible] dem non sine successu maculas abstergere [illegible]

nimia fortasse lectionis quam nuncupant vulgatam reverentia et timiditate quadam fere senili emendationes manifestissimas a codice oblatas aut a se ipso aliove inventas in commentario retinuit aliisque in contextum eas recipiendi laudem reliquit, quo factum est ut non uno loco in editione Bekkeriana egregias correcturas omisso auctoris nomine tacite videamus receptas.

Eodem fere tempore in Gallia prodiit editio Steph. Clavierii (Paris. 1814—1823. 7 voll. 8.) ad maiora adspirans; promittit enim novam recensionem ad fidem codicum Parisinorum; at promissis non stetit; multos quidem locos codicum ingeniique auxilio emendavit, novam vero recognitionem, quo nos sensu hoc nominis adhibere solemus, neutiquam instituit. Perlustravit enim vir ceteroquin meritissimus codices Bibliothecae regiae variasque inde excerpsit lectiones commode atque defunctorie; fidem vero illam et religionem et vel minimorum curam quae ne manifesta quidem menda despicit omnino desideramus, sine quibus tamen nullo modo neque de codicum indole mutuaque inter se affinitate iudicium ferri, neque crisis exerceri potest. Accedit praeterea superstitiosa quasi in Facii coniecturas veneratio quae tanta est ut plerumque apud Clavierium in contextu inveniamus quae Facius ne in notas quidem admittere debuerat. Editionem post absolutum volumen secundum Clavierii morte interruptam ad finem perduxerunt Courier et Coraes, viri doctissimi; Coraes multis coniecturis plerumque egregiis imo margini appositis et in calce adiunctis exornavit editionem. Volumen septimum notas Clavierii sive potius schedas non satis accurate digestas continet; festinatio iam inde satis perspicitur quod saepe locum indicare obliti sunt editores quo referenda sit nota, quod haud raro in notis haec vel illa lectio recepta dicitur quae recepta non est, ut taceamus levitatem qua nomina haudquaquam obscura deformata videmus; sic Heyne saepissime vocatur Hègue, p. 121. 125. 175. 182. 183 (bis); Wyttenbachii nomen in Wyttembach et Wittembach transiit pag. 125. Sed sunt haec leviora.

Omnes editiones hucusque descriptae uno nituntur fundamento, exemplari Aldino, quod quam parum sit firmum supra demonstrasse nobis videmur; editores sequentes hic illic quidem non sine successu maculas abstergere conati sunt, nova

vero fundamenta iacere primus aggressus est Im. Bekker. Vidit enim vir sagacissimus et doctissimus de integro quasi totam hanc rem sub censum esse revocandam et prae omnibus solida iacienda esse fundamenta antequam nova recognitio cum fructu institui possit; quare codicem Parisinum 1410 (apud nos Pc) ita expressit „ut nullum ab eo vestigium nisi monito lectore recedat.“ Talia qui promisit, qui in praefatiuncula aliquot linearum locum aptum reprehendendi Clavierii ob fidem et religionem circa literas neglectam sibi invenisse visus est [a]), is haud dubie scrupulosa quadam religione in opere suo versabitur. At et nos dolemus Bekkerum promissam hanc fidem minus necessariam duxisse. De ingentibus Bekkeri in literas meritis non est quod dicamus; lippis ea nota sunt atque tironibus; etiam Pausanias noster innumeris in locis hac editione partim codicis expressi virtute, partim ingeniosissimis editoris et amicorum coniecturis est emendatus, non raro restauratus. At non possumus non reprehendere nimiam quandam viri sagacissimi, qui procul dubio plus daturus esset si minus daret, levitatem, festinationem et (lugentes addimus) iniquitatem. Quae criminatio ne ipsa levis et iniqua videatur paucis erit comprobanda. Primum quidem quum Bekkeri religioni in exprimendo illo codice non sine ratione diffisi, multos libri manuscripti locos, praesertim in parte operis posteriore vel ipsi denuo conferremus vel ab amico conferendos curaremus, illico apparuit editionem non tam religiose codicis vestigia premere quam praefatio profitetur; atque haec incuria non circa apices tantum literarum aliasque eiusmodi minutias versatur, sed saepissime res maioris, imo maximi momenti praetermittuntur, non raro falsa referuntur, unde facile perspeximus ex editione Bekkeri de codicis lectione *tuto* concludi non posse, silentio eius nihil utique probari. Locos a nobis denuo in codice Parisino 1410 excussos asterisco notavimus (Pc*), unde facile quorum interest, collatione facta cum ed. Bekk., perspicient, iniuriam a nobis Bekkero non fieri. Levitatem porro et festinationem in eo deprehendimus quod in tanta notarum criticarum margini inferiori

a) „Clavigerum denique, quam in foro sanctissime coluit, fidem et religionem circa litteras dolemus minus necessariam duxisse.“

subiectarum paucitate toties in nominandis emendationum auctoribus peccatum est; qua in re casu potius quam examine ductum Bekkerum suspiceris. Verum quidem est in rebus literariis, si disciplinam per se spectamus, parum referre quis aliquid dixerit, dummodo quod dictum est verum est; at nobis pietatis esse videtur ut suum cuique tribuatur, iisque qui bonas artes colunt apprime putamus esse videndum ne qui de literis bene meriti sunt laude sua defraudentur. Nos pro parte virili in commentario tacite suum cuique restituere conati sumus; ne vero temere criminari tantum virum videamur, haud ineptum erit testimonia apponere eaque non hinc illinc excerpta sed omnia e libris IX, X, collecta.

IX, 12, 1, 6. „ὡς add. Facius." — imo Sylburg.
— — 2, 8. „σίνγα MP; correxit Canterus." At Canterus probante Sylb. correxerat Ὄγκα; Ὄγγα profectum est a Siebelisio.
— — 5, 6. „post πρῶτος deest μέν." Hoc Siebel. etiam vidit (ed. mai.)
— — 6, 3. „προςόδιον Coraes; codices προςῴδιον." προςόδιον iam est in ed. Sieb. min. 1819.
— 13, 1, 4. „ὧν Claviger; codices ὡς." ὧν iam reposuit Porson.
— 25, 2, 7. „τόπος add. Claviger." Non Clav., sed Barth. ad Stat.; Clav. οὗτος in τόπος mutandum putat.
— 26, 7, 2. „praestat fortasse ἄγαλμα. ἐπιλέγουσι." Idem pro posuit Siebel.
— 27, 2, 7. „Λυκομίδια MP: correxit Sylburgius." imo Palmerius.
— 30, 6, 4. „codices νεκυμάντιον; correxit Facius." Neutrum verum; neque omnes codd. habent νεκυμάντιον, neque correxit Facius; hic νεκυομάντιον scripsit, correxit Siebel. (ed. mai.)
— 31, 7, 2. „post γῇ cum Buttmanno omisi ἤ." Iam omiserat Siebel. editione utraque.
— 33, 2, 6. „ὧν] codices ὡς, Sylburg. ὅσα." — ὧν iam Siebel. coniectura invenerat (ed. mai.)
— — 4, 7. „παραγενομένῳ Buttmannus; παρθένον μὲν ᾧ MP." — παραγινομένῳ Sieb. iam invenerat (ed. mai.)
— 36, 3, 2. „πολέμων P, ceteri πολέμοις." Quinam sunt hi ceteri?
— 41, 7, 4. „σηπεδόνος Claviger [imo Facius]; codices σηπεδόνας."
X, 2, 6, 5. „χαλκοῦν Sylb.; codices χαλκοῦ, addit Claviger νεκροῦ." Nominandi erant Palmer. Fac.

X, 5, 6, 9. „ὅσον ὀλίγῃ μεθ' ἣν codices correxerunt Kuhn. et Porson." Praeclaram correcturam maxima ex parte Sylburgio debemus.
— 9, 1, 5. „ἄξια add. Facius." imo Sylburg.
— 2, 9. „ἐνεβίβασεν Claviger [imo Valcken.]; codices ἀνεβίβασεν."
— 10, 1, 5. „καὶ λέως Claviger [imo Porson.]; codices κελεός."
— — 5, 3. „μετασχόντες Kuhn. [imo Sylburg.]; codices παρασχόντες."
— — 8, 1. „προέχει [imo προέχει] Kuhnius. [imo Sylburgius.]
— 11, 6, 10. „Ῥίῳ Kuhn. [imo Palmer.]; codd. ὠρίῳ."
— 12, 2, 7. „μόνον Claviger [imo Sylb.]; codd. μόνην."
— 13, 5, 6. „συμπαραθεῖν οἱ καὶ τῷ MP." Addere oblitus est: „correxit Siebel."
— 15, 7, 2. „ἐπιὼν τῶν κ.: codices ἐπιόντων." Addere debebat correcturam Siebel. deberi.
— 17, 6, 5. „ἴσῃ codices: correxit Kuhn." [imo Sylb.]
— — 7, 2. „μέντοι Claviger [imo Schaefer et Siebelis]; codd. μὲν δή."
— 18, 7, 2. „σφίσιν Facius [imo Sylb.]; codd. φασίν."
— 19, 12, 2. „τοιαύτης] codd. τοσαύτης." Correcturae auctores Sylb. Siebel.
— 21, 3, 5. „οὗ Porson. [imo Sylb.]; codd. οὖν."
22, 4, 8. „παρέξειν Clavig." Potius Schaefer, Wakefield.
— 10, 1. „ἀπήμαντον Sylburg. [imo Leopardus]; codd. εὐπήματον." Sylb. coniecerat ἀπήματον.
— 23, 6. 1. „ἀπὸ Claviger [imo Siebel. et Schaefer.]; ἐπὶ P. ὑπὸ ceteri."
— 26, 2, 6. „αὐτὸν Clavig. [imo Sylb. Fac.]; codd. αὐτῶν."
— 28, 4, 8. „αὐτὸν codd.; correxit Clavig." [imo Porson.]
— 29, 7, 4. „ἡγμένος Porsonus." [imo Abresch.]
— 30, 3, 6. „καθεζόμενον Siebelis: codd. καθεζόμενος." At Sieb. recepit καθεζόμενον ex Ag, idem in Pc* invenire potuisset Bekker.
— — 4, 2. „μειράκιον καὶ ἐς εὐγένειαν δὲ codd.: correxit Kuhn.;" addi debebat „et Siebel."
— 31, 11, 2. „νέα Clavig. [imo Siebel.]; codd. ἐάν."
— 32, 5, 1. „τούτῳ Kuhn. [imo Sylb.]; codd. τούτου."
— — — 2. 3. „σφίσιν et ἀπέχει Facius." [imo Goldhag.]
— — 9, 5. „τῇ ἄκρᾳ Clavig." [imo Siebel. et Schaefer.]
— 33, 5, 3. „ὡς τὰ Porson." [imo Sylb.]
— — 7, 4. „ἐστὶ Clavig." [imo Porson.]
— — 9, 10. „ἰσχυρὰν Siebelis, ἔχειν Coraes: codd. ἰσχυρὸν ἀνέχειν." Utraque emendatio est a Siebel.
— 34, 5, 1. „malim cum Kuhnio [imo Facio] τῶν δὲ K. τὸ λῃστικόν."

tamen qui manuscripti circumferebantur correctiores publicare, idque suasore et adiutore M. Musuro“ affirmat; sed codices illos aetate circa has res parum curiosa diligentius describere neglexit. Plures vir meritissimus commemorat codices; at si accuratius examinamus editionem, eamque cum codicibus conferimus qui prostant, ex uno codice eoque deterioris notae satis negligenter esse expressam haud ambigue possumus concludere, quod ex apparatu nostro critico manifesto patet; vix ullo enim loco a lectione codicis Vindobonensis alterius recedit editio Aldina. Iam quaestio exoritur ex quonam libro manuscripto expressa sit editio Veneta; e codice Veneto scilicet, inquiunt; sic v. g. Morelli Biblioth. Mss. graec. et latin. p. 282. Matth. Roever in epistola ad d'Orvillium (v. Benj. Petr. van Wesele Scholten in Catalogo libror. M. Roeveri. I, p. 50.), qui de codice suo disserens altero haec addit: „Codex pergamenus mihi videtur descriptus ex eodem illo exemplo, quo suam editionem desumsit Aldus, qui [imo M. Musurus] ingenio suo multa mutavit ac supplevit et sic Pausaniae quaedam loca legimus corrupta emendatoris vitio.“ Ante haec tria saecula plures haud dubie Venetiis esse potuerunt codices Pausaniae; id vero confidenter sane affirmare audemus, neque Aldi editionem expressam esse ex illo codice, qui nunc Venetus nuncupatur, neque Roeveri librum ex eo descriptum esse e quo desumta est editio Veneta. Proxime haec accedit ad lectionem codicis, quod iam monuimus, Vindob. b. et Neapolitani. — Expressam esse editionem negligenter et multis operarum inquinari vitiis facile concedimus [a]; lacunas vero sola editoris socordia ortas, quas Clavierius sibi deprehendere visus est, nos quidem non invenimus [b]. Multo maioris momenti illud est quod praeter multos alios Roeverus commemorat loco supra adscripto, Aldum seu potius Musurum non pauca ingenio suo mutavisse et supple-

---

a) Multi eiusmodi errores usque in recentissimas editiones propagati sunt; sic v. g. I, 25, 8. vitio typothetico Ald. habet φαγήν; id editores sequentes mutarunt in σφαγήν; Clavier et Bekker e codicibus veram lectionem restituerunt φυγήν.

b) „Il y manque même quelques passages qui sont dans tous les manuscrits. On en trouve des exemples liv. VIII, ch. 41. et liv. X, ch. 8.“ Quae quam inconsiderate sint iacta e commentario nostro patebit.

visse, ita ut Pausaniae quosdam locos legamus corruptos emendatoris vitio. Quae criminatio quam sit vera exempla optime comprobabunt, quare locos quosdam in quibus manifesto correctoris manum deprehendimus eamque parum felicem recensere haud ineptum visum est. V, 6, 3. in codice suo Musurus invenit quod etiam alter Lugdunensis et Vindobonensis b. exhibent, διὰ χωρίου τὰ πλείονα ὑπὸ ψάμμου; medela in promtu erat, at librarius male restituit locum ὑπὸ ψάμμου κεκαλυμμένου, quae corruptela usque ad Bekkerum editiones nostras pervagata est. — VIII, 43, 2. in omnibus editionibus legitur καὶ Ῥωμαίων μέρος τῆς καθ' ἡμᾶς πόλεως, ὅπερ ᾤκεῖτο ὑπὸ τοῦ Εὐάνδρου καὶ Ἀρκάδων τῶν συνακολουθησάντων, ὄνομα ἔσχε Παλλάντιον, ubi ὅπερ quod ab omnibus abest codicibus a Musuro idque haud inepte insertum videtur; quare expuncta hac voce olim e codice Angelico ᾤκεῖτο δὲ ὑπὸ reposueramus; nunc excusso codice Lugdun. a. πόλεως ὃ ᾤκεῖτο scripsimus. — IX, 5, 14. καὶ τὸν Θέρσανδρον κατέλαβεν ἀποθανεῖν ὑπὸ Τηλέφου ex ed. Ald. omnes receperunt reliquae; at ἀποθανεῖν in nullo legitur codice; profundius mendum cubare videtur. — IX, 13, 5. cum Aldo offerunt editiones: καὶ ὁ Σκέδασος (ἐς Λακεδαίμονα γὰρ ἐλθόντι οὐδεμία ἐγένετο αὐτῷ δίκη) οὕτως ἐς τὰ Λεῦκτρα ἐπανήκων αὑτὸν διεργάζεται; sed γὰρ ab omnibus abest codicibus (e Bekkeri enim silentio in Paris. c. particulam illam legi nolimus concludere) et haud dubie Musuri correcturae debetur; quare nos deleta voce spuria olim e coniectura scripseramus: καὶ ὁ Σκέδασος ὡς ἐς Λακεδαίμονα ἐλθόντι οὐδεμία ἐγένετο αὐτῷ δίκη οὕτως cet., quod postea codice Lugd. a. egregie confirmatum vidimus. — IX, 16, 6. editiones sic: ἐνιαυτοῦ δὲ ἅπαξ ἑκάστου τὸ ἱερὸν ἀνοιγνύναι σφίσιν ἔθος ἐν ἡμέραις τακταῖς. De suo ἔθος addidit Musurus; quare expuncto hoc nomine faciliori medela σφίσιν mutavimus in φασίν. — IX, 20, 4. ὁ μὲν δὴ σεμνότερος ἐς αὐτὸν λόγος τὰς γυναῖκάς φησι τὰς Ταναγραίων πρώτας Διονύσου τὰ ὄργια μνηθείσας ἐπὶ θάλασσαν καταβῆναι καθαρσίων εἵνεκα; variant hoc loco codices, at vocis μνηθείσας in nullo vestigium; quae quum ne satis apta quidem a Musuro inserta videretur, in mentem nobis venerat: τὰς γυναῖκάς φησι τὰς Ταναγραίων τοῦ Διονύσου πρὸς τὰ ὄργια ἐπὶ θάλασσαν καταβῆναι. Nunc meliora offert Lugdunensis primus: τὰς γυναῖκας φασι (leg. γυναῖκάς φησι)

τὰς Ταναγραίων πρὸ τῶν Διονύσου ὀργίων (melius e vestigiis aliorum codicum πρὸ τοῦ Διονύσου τῶν ὀργίων) ἐπὶ θάλασσαν καταβῆναι. — IX, 27, 6. τὸν δὲ νομίζοντα δικάσαι; hoc loco τὸν δὲ a Musuro additum est; at nondum integritati esse restitutum Pausaniae sermonem latiusque hiare lacunam satis comprobatur sequente νομίζοντα quod sensu carere videtur etiamsi admittas Musuri interpolationem. Alia exempla quamplurima locorum Musuri correctionibus depravatorum suppeditabit commentarius noster; quae protulimus sufficere videntur ad comprobandum iudicium nostrum de editionis Aldinae indole et pretio critico; est enim e malo codice negligenter expressa, crebris Musuri coniecturis et interpolationibus deformata, nullis virtutibus commendabilis; et ex eiusmodi editione omnes reliquae praeter unam Bekkeri, tanquam e fonte suo derivantur.

Sequitur editio secunda a Guil. Xylandro praeparata, a magno Frid. Sylburgio in lucem edita, Francofurti ap. hered. Wechel. 1583. fol. Guil. Xylander multa editionis Aldinae vitia correxit, multa e coniectura egregie restituit; quum praematura morte abreptus vir doctus ultra Eliaca priora opus perducere non potuisset laborem interruptum suscepit et absolvit Fridericus Sylburgius totque locis tam egregiam adhibuit medelam ut recte Pausaniae sospitator possit nuncupari. Subsidiis usus est praeter incredibile quo gaudebat ingenii acumen, duobus exemplaribus (quorum alterum illius temporis more *codicem* appellat), multis in locis emendatis; alterum Ioach. Camerarii, alterum Zach. Ursini fuit. In hoc multa Ioannis Oporini et Abr. Loescheri (qui hoc libro in versione sua usus est) manu marginibus adscripta invenit Sylburgius; praeterea Adr. Turnebi, Dion. Lambini, Adr. Iunii, Guil. Canteri, Paul. Leopardi aliorumque observationes diligenter conquisitas ad emaculandum Pausaniae sermonem adhibuit et in commentarium critici potissimum argumenti, bonae frugis refertissimum congessit. Editioni diligenter excusae adiecta est Rom. Amasaei versio latina a Sylburgio accurate castigata. — Repetita est haec editio Hanoviae apud eosdem heredes Wechel. anno 1613 fol., ita ut priorem ex asse referat nisi quod versionem latinam non separatim editam sed per singulas paginas adiunctam continet; eam conferre operae pretium non duximus.

Hanc excepit editio Lipsiensis Ioach. Kuhnii (1696. fol.) nitida quidem nec incorrecta, sed praematura, ne dicamus tumultuaria; quae ne durius dicta videantur ipse in praefatione de laboris consilio atque ratione disserens audiendus est. Subsidia quibus instructus ad Pausaniam accessit quam fuerint exilia ipse satis testatur; „in chartam coniecit loca quaedam mendis lacunisque maioribus obsita, quam ut ingenio expleri corrigive possent et ad doctos libros exigenda transmisit Lutetiam;“ spe sua frustratus non amplius consuluit codices Parisinos, sed alia subsidia circumspiciens exemplar Aldinum Casauboni observationibus instructum, quod Ioannis Bourdelotii [a]) olim fuerat, a bibliopola Lipsiensi accepit; unde perspicimus eum manibus certe trivisse editionem Aldinam, quum ex aliis indiciis satis appareat editionem ipsam (circa margines enim versatus videtur) a viro ceteroquin meritissimo non esse excussam. Sic, ne desit exemplum, VI, 18, 3. Aldus cum codicibus habet ἅτε θέοντες περὶ γυναικῶν; in Xylandri editionem operarum negligentia irrepsit δέοντες, quod retinuit quidem Kuhnius, at e *Suida* veram lectionem proferens tanquam probabilem commendat. Negari tamen nequit multos Pausaniae locos a Kuhnio praeclare esse emendatos. Primus in capita distinxit libros; versionem Amasaei latinam, commentarios Xylandri et Sylburgii suasque observationes addidit; verissime tamen Siebelisius, praef. ad T. I. p. XXXV. vehementer eos errare, ait, qui Xylandro-Sylburgiana editione se carere posse putent, quoniam Sylburgii adnotationes Kuhnius se in suam editionem transtulisse professus sit; non paucas enim illarum adnotationum a Kuhnio per negligentiam esse omissas.

Nova tandem subsidia offert editio Io. Frid. Facii, Lips. 1794—97. 4 voll. 8. Nullam quidem praeter Kuhnianam editionem inspexisse Facium observavit iam Siebelis. I, p.

---

a) Bourdelotium de edendo Pausania cogitasse, notum, et ipse de consilio suo disserit, non diserte quidem, sed ut solet homo „alibi“ doctus ablegans ad futuram Pausaniae editionem; v. ad Lucian. T. III, 267. 474. Bip.; quare Casp. Barthio non adsentimur qui ad Stat. II, p. 623: „meliorem futurum Pausaniam credere sibi induxit si in eum suas nobis curas nollet invidere Io. Bourdelotius.“

XXXV, et Clavier I, p. IV sq. [a]); at lectionibus usus est e codicibus Vindobonensi a. et Mosquensi excerptis; *excerptis* dicimus, nam collationes neque ea qua par erat cura, neque fide factae sunt, ita ut specimina potius quam iustae collationes appellari possint; eaeque ipsae minus ad emendandos corruptos Pausaniae locos quam ad exornandas notas adhibitae videntur. Neque tamen negari potest multis in locis Pausaniae sermonem a Facio feliciter ex ingenio esse restitutum, quamvis iusto cautior coniecturas raro in textum recepit. — Tomus quartus continet Amasaei versionem latinam. Primus in segmenta distinxit capita. — E Facii editione procul dubio ea expressa est quam Tauchnitz anno 1818. tribus voluminibus 12. in lucem emisit. Editionem non inspeximus.

Maiori operi Car. Godofr. Siebelis praelusit editione minore quam volumine quarto, quinto et sexto complectitur Bibliotheca Prosaicorum Graecorum a Weigelio Lipsiae 1818 — 19. edita. Novae quidem recensionis prae se fert nomen in titulo, at hoc se sciente et volente additum negat editor I, p. XXXIX. Quamvis vero ad novae recensionis laudem adspirare non potest minor haec editio, non paucis tamen in locis corruptelas vel ex ingenio vel codicum auctoritate a doctissimo aeque ac modestissimo viro sublatas videmus. Maioris moliminis est altera editio quam idem quinque voluminibus Lipsiae in lucem emisit 1822 — 28. Continet praeter Graeca Pausaniae emendata et versionem Amasaei castigatam, commentarios copiosissimos qui non solum circa rerum a Pausania narratarum explicationem versantur, sed id etiam apprime spectant ut haec Graeciae descriptio quam fieri possit proxime ad integritatem formamque nativam reducatur. De subsidiis quibus id assequi conatus est accurate disputat in praefatione p. XXVI sqq. et qua est ingenuitate ipse haud celat valde tenuem sibi ad manum fuisse supellectilem ad Pausaniae contextum, quem dicunt, corrigendum. Recenset varias lectiones duorum codicum Vin-

a) Exemplis a Sieb. et Clav. prolatis adde X, 20, 9. ubi vitium typothet. in ed. Kuhn. τὰ ἐς τῆς, parum dextre Facius mutavit in τὰ τῆς. Cf. etiam Siebel. ad X, 37, 4. p. 320, ubi tamen corrigendum „pro vulgato ἀπέτεμον."

dobonensium cum Facio communicatas, porro codicis Mosquensis a C. F. Matthaei anno 1777 marginibus editionis Kuhnianae adscriptas, quod exemplar possidet Bibliotheca Dresdensis, deinde excerpta e codicibus Parisinis a Claverio publici iuris facta, nonnullis etiam e locis a Boissonado roganti Siebelisio transmissa; denique specimina quaedam e primis foliis codicis Monacensis. Quae sunt reliqua, nimirum lectiones quaedam e codicibus Vaticano et Angelico ab Uhdenio excerptae et exilibus ex codicis Heidelbergensis cuiusdam fragmentis a Creuzero communicatae ad exornandam editionem haud multum prodesse potuerunt. Iam quod attinet ad codices Vindobonenses eorum alter dici non potest quanta incuria sit collatus; in Messeniacis adeo plane silet, teste Siebel. II, p. V. [a]); alter vero vix est inspectus. Multo copiosiorem messem praebuit codex Mosquensis diligentius quidem quam antea necdum tamen satis accurate excussus. Haec subsidiorum exilitas solidam et firmis fundamentis exstructam quam dicunt contextus recensionem non permisit; at enimvero indefesso studio et incredibili diligentia magnoque ingenii acumine id assecutus est Siebelisius ut nemo facile eo melius de Pausania nostro meritus dicatur. Eius enim commentario non is tantum tanquam armamentario uti potest qui res solummodo et argumentum spectat; sed etiam qui sermoni expoliendo suas impendit curas. Nam praeter innumeros locos ab editore ipso ex ingenio feliciter emendatos maxima diligentia quae ab aliis ad emaculandum Pausaniae contextum inventa erant congesta commentario suo exposuit. Quas quidem huius editionis laudes hoc loco non praedicare non potuimus, quum quid ei debeamus, quanti laboris nobis compendium fecerit si reticere velimus animi foret ingrati hominibusque ingenuis indigni; idque eo facimus lubentius quoniam virum modestissimum ab aliis inique tractatum, bonamque laudis partem ei praereptam, non raro in alium translatam videmus. Si quid est quod reprehendas, in eo versatur, quod vir doctissimus

a) Non plane silet; legimus enim v. g. ad IV, 1, 2. „ἔχειν pro σχεῖν Vind.;“ ad IV, 1, 5. „Vind. δόμους κέλευθά τε;“ cap. 4, 4. „διόλου Vind.“ Causam cur is qui contulit codicem neglexerit Messenica nos quidem non perspicimus.

subiectarum paucitate toties in nominandis emendationum auctoribus peccatum est; qua in re casu potius quam examine ductum Bekkerum suspiceris. Verum quidem est in rebus literariis, si disciplinam per se spectamus, parum referre quis aliquid dixerit, dummodo quod dictum est verum est; at nobis pietatis esse videtur ut suum cuique tribuatur, iisque qui bonas artes colunt apprime putamus esse videndum ne qui de literis bene meriti sunt laude sua defraudentur. Nos pro parte virili in commentario tacite suum cuique restituere conati sumus; ne vero temere criminari tantum virum videamur, haud ineptum erit testimonia apponere eaque non hinc illinc excerpta sed omnia e libris IX, X, collecta.

IX, 12, 1, 6. „ὡς add. Facius." — imo Sylburg.
— — 2, 8. „σίνγα MP; correxit Canterus." At Canterus probante Sylb. correxerat Ὄγκα; Ὄγγα profectum est a Siebelisio.
— — 5, 6. „post πρῶτος deest μέν." Hoc Siebel. etiam vidit (ed. mai.)
— — 6, 3. „προςόδιον Coraes; codices προςῴδιον." προςόδιον iam est in ed. Sieb. min. 1819.
— 13, 1, 4. „ὧν Claviger; codices ὡς." ὧν iam reposuit Porson.
— 25, 2, 7. „τόπος add. Claviger." Non Clav., sed Barth. ad Stat.; Clav. οὗτος in τόπος mutandum putat.
— 26, 7, 2. „praestat fortasse ἄγαλμα. ἐπιλέγουσι." Idem proposuit Siebel.
— 27, 2, 7. „Λυκομίδια MP: correxit Sylburgius." imo Palmerius.
— 30, 6, 4. „codices νεκυμάντιον; correxit Facius." Neutrum verum; neque omnes codd. habent νεκυμάντιον, neque correxit Facius; hic νεκυομάντιον scripsit, correxit Siebel. (ed. mai.)
— 31, 7, 2. „post γῇ cum Buttmanno omisi ἡ." Iam omiserat Siebel. editione utraque.
— 33, 2, 6. „ὧν] codices ὡς, Sylburg. ὅσα." — ὧν iam Siebel. coniectura invenerat (ed. mai.)
— — 4, 7. „παραγενομένῳ Buttmannus; παρθένον μὲν ᾧ MP." — παραγινομένῳ Sieb. iam invenerat (ed. mai.)
— 36, 3, 2. „πολέμων P, ceteri πολέμοις." Quinam sunt hi ceteri?
— 41, 7, 4. „σηπεδόνος Claviger [imo Facius]; codices σηπεδόνας."
X, 2, 6, 5. „χαλκοῦν Sylb.; codices χαλκοῦ, addit Claviger νεκροῦ." Nominandi erant Palmer. Fac.

X, 5, 6, 9. „ὅσον ὀλίγη μεθ' ἣν codices correxerunt Kuhn. et Porson.“ Praeclaram correcturam maxima ex parte Sylburgio debemus.

— 9, 1, 5. „ἄξια add. Facius.“ imo Sylburg.

— 2, 9. „ἐνεβίβασεν Claviger [imo Valcken.]; codices ἀνεβίβασεν.“

— 10, 1, 5. „καὶ λέως Claviger [imo Porson.]; codices κελεός.“

— — 5, 3. „μεταοχόντες Kuhn. [imo Sylburg.]; codices παρασχόντες.“

— — 8, 1. „πρόεχει [imo προέχει] Kuhnius. [imo Sylburgius.]

— 11, 6, 10. „Ῥίῳ Kuhn. [imo Palmer.]; codd. ὠρίῳ.“

— 12, 2, 7. „μόνον Claviger [imo Sylb.]; codd. μόνην.“

— 13, 5, 6. „συμπαραθεῖν οἱ καὶ τῷ MP.“ Addere oblitus est: „correxit Siebel.“

— 15, 7, 2. „ἐπιὼν τῶν κ.: codices ἐπιόντων.“ Addere debebat correcturam Siebel. deberi.

— 17, 6, 5. „ἴση codices: correxit Kuhn.“ [imo Sylb.]

— — 7, 2. „μέντοι Claviger [imo Schaefer et Siebelis]; codd. μὲν δή.“

— 18, 7, 2. „σφίσιν Facius [imo Sylb.]; codd. φασίν.“

— 19, 12, 2. „τοιαύτης] codd. τοσαύτης.“ Correcturae auctores Sylb. Siebel.

— 21, 3, 5. „οὖ Porson. [imo Sylb.]; codd. οὖν.“

22, 4, 8. „παρέξειν Clavig.“ Potius Schaefer, Wakefield.

— 10, 1. „ἀπήμαντον Sylburg. [imo Leopardus]; codd. εὐπήματον.“ Sylb. coniecerat ἀπήματον.

— 23, 6. 1. „ἀπὸ Claviger [imo Siebel. et Schaefer.]; ἐπὶ P. ὑπὸ ceteri.“

— 26, 2, 6. „αὐτὸν Clavig. [imo Sylb. Fac.]; codd. αὐτῶν.“

— 28, 4, 8. „αὐτὸν codd.; correxit Clavig.“ [imo Porson.]

— 29, 7, 4. „ἡγμένος Porsonus.“ [imo Abresch.]

— 30, 3, 6. „καθεζόμενον Siebelis: codd. καθεζόμενος.“ At Sieb. recepit καθεζόμενον ex Ag, idem in Pc* invenire potuisset Bekker.

— — 4, 2. „μειράκιον καὶ ἐς εὐγένειαν δὲ codd.: correxit Kuhn.;“ addi debebat „et Siebel.“

— 31, 11, 2. „νέα Clavig. [imo Siebel.]; codd. ἐάν.“

— 32, 5, 1. „τούτῳ Kuhn. [imo Sylb.]; codd. τούτου.“

— — — 2. 3. „σφίσιν et ἀπέχει Facius.“ [imo Goldhag.]

— — 9, 5. „τῇ ἄκρᾳ Clavig.“ [imo Siebel. et Schaefer.]

— 33, 5, 3. „ὡς τὰ Porson.“ [imo Sylb.]

— — 7, 4. „ἐστὶ Clavig.“ [imo Porson.]

— — 9, 10. „ἰσχυρὰν Siebelis, ἔχειν Coraes: codd. ἰσχυρὸν ἀνέχειν.“ Utraque emendatio est a Siebel.

— 34, 5, 1. „malim cum Kuhnio [imo Facio] τῶν δὲ Κ. τὸ λῃστικόν.“

X, 35, 10, 4. „κατειλημμένον MP: correxit Coraes.“ [imo Porson. Siebel.]
— 36, 10, 6. „οἰκίᾳ codd.“ addere debebat: „correxit Sylb.
— 37, 3, 9. „συμβαλέσθαι Coraes.“ [imo Siebel.]
— 38, 8, 4. „τὸ add. Siebelis.“ [imo Sylb.]
— — 10, 4. „οἷς Claviger.“ [imo Sylb.]

Haec sufficiant, qui plura cupit haud magno opere inveniet; tenendum tamen ne ipsi Bekkero insignem iniuriam facere videamur, Porsoni observationes et Clavierii editionem quod tempus attinet fere convenire, ita ut merito multae emendationes utrique tribuantur (Clavierium vero praecipuo quodam amore prosecutus videtur Bekkerus); omnes vero supra laudatas Siebelisii emendationes in eius editione minore (1818. 1819.) iam reperiri, nisi ubi contrarium diserte monuimus.

Iniquitatem denique in eo videmus, quod Bekkerus — nolumus dicere sciens volensque, quae malitia foret cuius suspicio procul abest —, de Siebelisii meritis toties detraxit modo reticendo quae non debebat, modo Clavierio emendationes adscribendo quae in Siebelisii editione minore iam inveniebantur; haec autem editio prodiit anno 1819, Clavierii volumen libros posteriores continens anno 1821. Exempla in iis habemus quae modo proposuimus. At fortasse non inspexit editionem Siebelisii minorem vir occupatus? Imo inspexit; ea ipsa adeo, ni egregie fallimur, usus est cui inscriberet lectionem codicis Parisini suasque notulas; eandem mutatis mutandis typis describendam dedit; quod quidem satis tuto e vitiis typotheticis utrique editioni communibus argumentari posse videmur. Sic, ne desint exempla, V, 24, 6. utraque editio habet *οὐν* (sic) pro *οὐκ;* III, 13, 1. *ἐτάφησον* pro *ἐτάφησαν;* IV, 24, 2. *πόλεμον* pro *πολέμου;* IX, 29, 2. *αὐτοῖς* pro *αὐταῖς.* [a])

Ex iis quae hucusque disputata sunt facili argumentatione concluditur editionem criticam Pausaniae e codicum fide recognitam et apparatu copiosiore instructam adhuc desiderari.

Ut notitiam literariam uno loco absolvamus indicem versionum subnectimus.

---

a) Semel tantum de facta iniuria conqueritur vir mitissimus, in Auctar., ubi Excerpta dat e Bekkeri editione, ad VIII, 22. „Emendationem *προλιμνάζει* praeter ius et aequitatem peregrino homini tribuit.“

Latine Pausaniae Attica et Corinthiacorum initium usque ad verba ὀπίσω κομίζουσιν ἐς Θήβας cap. 6. vertit Domitius Calderinus. 4. s. l. et a. (Venet. p. Bernardin. circa 1498.), de qua editione conferendi sunt Fabric. Bibl. Gr. V, 310. Harl. et Ebert Bibliogr. Lex. 16055. II. p. 326. — Attica et Corinthiaca ex vers. Dom. Chalderini Veronensis, a Io. Oporino emendata. Basil. 1541. 4. Neutram editionem inspicere contigit; quae inde protulimus Siebelisio debemus. Conferantur epistolae II. D. Calderini a Sebastiano Ciampi in Praef. versionis ital. publici iuris factae. — Pausaniae de tota Graecia libri X hactenus a nemine in linguam latinam conversi, nunc primum in lucem editi *Abr. Loeschero* interprete. Basil. ap. Oporin. 1550 fol. Cf. Fabric. Bibl. Gr. l. d. Ebert d. l. nr. 16058. Siebelis I. p. XXXVII. Clavier I. p. VII. E libro msto factam esse versionem affirmant Clavier, Ebert, Harles ad Fabric. l. d. Nobis secus videtur ob Sylburgii verba, ad quae, quod mireris, ipse provocat Harlesius. „Eo ipso libro (sunt Sylburgii verba de exemplari Ursiniano editionis Aldinae supra iam commemorato) in sua versione usus fuerat Abrah. Loescherus, qui ut plerasque Hartungii notas fuerat sequutus, ita quasdam illis non adspernandas adiecerat.“ — Tertius Pausaniae interpres latinus fuit *Romul. Amasaeus*, cuius versio Romae prodiit 1547. 8. (sec. Fabric. l. d.; 4. Eberto teste l. d. nr. 16056.). Repetita est Florent. 1551. fol. ap. L. Torrentium [a]) (Torrentinum sec. Ebert., quod rectius videtur), Basil. 1557. 8. Lugd. 1559. 12. Francof., e recognitione Sylburgii. 1624. 8. Praeterea haec versio castigata a Sylburgio et Siebelisio addita est editionibus Xylandro-Sylburgianae, Kuhnianae, Facianae et Siebelisianae, eandemque nostrae editioni accommodatam repetendam curavimus. Amasaeum in sua versione praeter sagacissimum ingenii acumen mstos etiam codices, impressis emendatiores ad manum habuisse recte suspicatur Sylburgius. „Amaséus traduisait sur l'édition d'Alde. Sa version offre néanmoins plusieurs corre-

a) In Catalogo ragionato dei libri d'arte e d'antichità posseduti dal conte Cicognara. Pisa. 1821. II, p. 34. nr. 2696. est: „Pausaniae veteris Graeciae descriptio. Torrentino 1551. fol.“ Est haud dubie ineptus titulus huius editionis.

X, 35, 10, 4. „κατειλημμένον MP: correxit Coraes." [imo Porson. Siebel.]
— 36, 10, 6. „οἰκίᾳ codd." addere debebat: „correxit Sylb.
— 37, 3, 9. „συμβαλέσθαι Coraes." [imo Siebel.]
— 38, 8, 4. „τὸ add. Siebelis." [imo Sylb.]
— — 10, 4. „οἷς Claviger." [imo Sylb.]

Haec sufficiant, qui plura cupit haud magno opere inveniet; tenendum tamen ne ipsi Bekkero insignem iniuriam facere videamur, Porsoni observationes et Clavierii editionem quod tempus attinet fere convenire, ita ut merito multae emendationes utrique tribuantur (Clavierium vero praecipuo quodam amore prosecutus videtur Bekkerus); omnes vero supra laudatas Siebelisii emendationes in eius editione minore (1818. 1819.) iam reperiri, nisi ubi contrarium diserte monuimus.

Iniquitatem denique in eo videmus, quod Bekkerus — nolumus dicere sciens volensque, quae malitia foret cuius suspicio procul abest —, de Siebelisii meritis toties detraxit modo reticendo quae non debebat, modo Clavierio emendationes adscribendo quae in Siebelisii editione minore iam inveniebantur; haec autem editio prodiit anno 1819, Clavierii volumen libros posteriores continens anno 1821. Exempla in iis habemus quae modo proposuimus. At fortasse non inspexit editionem Siebelisii minorem vir occupatus? Imo inspexit; ea ipsa adeo, ni egregie fallimur, usus est cui inscriberet lectionem codicis Parisini suasque notulas; eandem mutatis mutandis typis describendam dedit; quod quidem satis tuto e vitiis typotheticis utrique editioni communibus argumentari posse videmur. Sic, ne desint exempla, V, 24, 6. utraque editio habet οὐν (sic) pro οὐκ; III, 13, 1. ἐτάφησον pro ἐτάφησαν; IV, 24, 2. πόλεμιον pro πολέμιον; IX, 29, 2. αὐτοῖς pro αὐταῖς. [a])

Ex iis quae hucusque disputata sunt facili argumentatione concluditur editionem criticam Pausaniae e codicum fide recognitam et apparatu copiosiore instructam adhuc desiderari.

Ut notitiam literariam uno loco absolvamus indicem versionum subnectimus.

a) Semel tantum de facta iniuria conqueritur vir mitissimus, in Auctar., ubi Excerpta dat e Bekkeri editione, ad VIII, 22. „Emendationem πρoλιμνάζει praeter ius et aequitatem peregrino homini tribuit."

Latine Pausaniae Attica et Corinthiacorum initium usque ad verba ὀπίσω κομίζουσιν ἐς Θήβας cap. 6. vertit Domitius Calderinus. 4. s. l. et a. (Venet. p. Bernardin. circa 1498.). de qua editione conferendi sunt Fabric. Bibl. Gr. V. 310. Harl. et Ebert Bibliogr. Lex. 16055. II. p. 326. — Attica et Corinthiaca ex vers. Dom. Chalderini Veronensis, a Io. Oporino emendata. Basil. 1541. 4. Neutram editionem inspicere contigit; quae inde protulimus Siebelisio debemus. Conferantur epistolae H. D. Calderini a Sebastiano Ciampi in Praef. versionis ital. publici iuris factae. — Pausaniae de tota Graecia libri X hactenus a nemine in linguam latinam conversi, nunc primum in lucem editi *Abr. Loeschero* interprete. Basil. ap. Oporin. 1550 fol. Cf. Fabric. Bibl. Gr. l. d. Ebert d. l. nr. 16058. Siebelis I. p. XXXVII. Clavier I. p. VII. E libro msto factam esse versionem affirmant Clavier, Ebert, Harles ad Fabric. l. d. Nobis secus videtur ob Sylburgii verba, ad quae, quod mireris, ipse provocat Harlesius. „Eo ipso libro (sunt Sylburgii verba de exemplari Ursiniano editionis Aldinae supra iam commemorato) in sua versione usus fuerat Abrah. Loescherus, qui ut plerasque Hartungii notas fuerat sequutus, ita quasdam illis non adspernandas adiecerat." Tertius Pausaniae interpres latinus fuit *Romul. Amasaeus*, cuius versio Romae prodiit 1547. 8. (sec. Fabric. l. d.; 4. Eberto teste l. d. nr. 16056.). Repetita est Florent. 1551. fol. ap. L. Torrentium [a]) (Torrentinum sec. Ebert., quod rectius videtur). Basil. 1557. 8. Lugd. 1559. 12. Francof., e recognitione Sylburgii. 1624. 8. Praeterea haec versio castigata a Sylburgio et Siebelisio addita est editionibus Xylandro-Sylburgianae, Kuhnianae, Facianae et Siebelisianae, eandemque nostrae editioni accommodatam repetendam curavimus. Amasaeum in sua versione praeter sagacissimum ingenii acumen mss. etiam codices, impressis emendatiores ad manum habuisse recte suspicatur Sylburgius. „Amasée traduisit sur l'édition d'Alde. Sa version offre néanmoins plusieurs correc-

---

a) [illegible]

ctions, mais on ignore si elles sont fondées sur des manuscrits.“ Clav. I. p. VII.

Versiones Italicae. Pausania. Descrizione della Grecia, tradotta dal greco in italiano dal gentiluomo Alfonso *Bonaccioli* (Bonacciuoli) Ferrarese. Mantova. 1593. 4. Sunt etiam exemplaria quae annum 1594 in fronte gerunt; Brunet Manuel III, p. 31. habet 1597. Nibby linguae graecae non gnarum fuisse interpretem et negligenter factam versionem probat; in Catalogo Bibliothecae comitis Cicognara II, p. 34. nr. 2697. appellatur ottima e rara versione. — Pausania. Viaggio istorico della Grecia, tradotto dal greco in italiano. Roma. 1792—93. 4. 5 voll. Cf. Ebert l. d. nr. 16060. Brunet Manuel III, p. 31. — Descrizione della Grecia nuovamente dal testo greco tradotta da Ant. *Nibby*. Roma. 1817–18. 8. 4 voll. Cf. Ebert d. l. nr. 16061. Notae promissae adhuc exspectantur. — La Grecia descritta: volgarizzamento con note al testo, ed illustrazioni filologiche, antiquarie e critiche da Sebast. *Ciampi*. Milano. 1826. 8. et 4. 3 voll. Recepta est in collectionem versionum quae sub titulo Collana greca Mediolani emittitur. Cf. Jen. Allg. LZtg. 1836. Erg. Bl. Nr. 51 sq.

Versio Anglica. Pausanias. The description of Greece, translated from the greek, with notes (by Th. *Taylor*). Lond. 1793. 8. 3 voll.

Versiones Gallicae. „Gallice verterunt Pausaniam Blasius Vigenerius rell.“ Fabric. B.Gr. V, p. 312. Quam notitiam unde hauserit Fabricius, non expiscamur. Niceron (Mémoires pour servir à l'histoire des hommes illustres T. XVI, p. 26 sqq., versio. german. T. XII, p. 21 sqq.) in indice accuratissimo operum Blasii Vigenerii (Vigenere) nullam huius versionis facit mentionem; quum nec Gedoyn eam viderit eidem facile assentimur eiusmodi versionem unquam extitisse neganti. (Gédoyn I, p. XXXIII. ed. Amsterd. 1733.). Primus igitur Pausaniam gallice vertisse videtur *Gédoyn*, Pausanias, ou Voyage historique de la Grèce, traduit en français, avec des remarques. Paris. 1731. 4. 2 voll. Amsterdam. 1733. 12. 4 voll. Paris. 1797. 8. 4 voll. Cf. de pretio huius versionis Ebert d. l. nr. 16062. — Novam versionem gallicam

editioni suae addidit Steph. *Clavierius*, de qua potest conferri Brunet Nouvelles recherches III, p. 24. Siebelis I, p. XXXVIII.

Versiones germanicae. Pausanias ausführliche Reisebeschreibung von Griechenland, a. d. Gr. mit Anmerkungen von J. Eustach. *Goldhagen*. Berl. u. Leipz. 1765—66. 8. 2 voll.; editio secunda ibid. 1798—99. 8. Observationes adiectae non sine pretio. — Pausanias Beschreibung von Hellas, a. d. Gr. übersetzt und mit Anmerkungen erläutert v. Ernst *Wiedasch*. München 1826—1833. 8. 5 voll. Cf. de hac versione Jen. Allgem. Lit. Zeitg. 1835. Nr. 167. — Pausanias des Periegeten Beschreibung von Griechenland, a. d. Gr. übersetzt v. M. Carl Gottfried *Siebelis*. Stuttgart 1827 seqq. 12. (Pertinet ad collectionem versionum germ. ex autorib. gr. et rom., quae Stuttgartiae emittitur). Opus nondum vidimus absolutum. Cf. Jen. A.L.Z. l. d. nr. 168. p. 380 sqq.

Rebus sic se habentibus quum sine accurata codicum perscrutatione Pausaniae emendationem et quantum fieri potest restaurationem parum promoveri videremus, nova subsidia circumspeximus et ne vires et apparatus distrahantur omnia quae incommoda videri possint despicientes studia nostra copulavimus. Fructum concordis huius consociationis lectori nunc proponimus; antequam vero de operis nostri consilio atque ratione agimus praemittenda est codicum notitia quos vel integros contulimus vel e quibus specimina tantum sumsimus.

1) Codex Vindobonensis Histor. Graec. XXIII. fol. (Va.) chartaceus parum eleganter saeculo fere XV scriptus; continet folia 236, quorum primo inscriptum est *Παυσανίας ἦν κατὰ τοὺς χρόνους Ἀδριανοῦ βασιλέως καὶ Ἀντωνίνου τοῦ εὐσεβοῦς.* Titulus: *Παυσανίου Ἑλλάδος περιηγήσεως* :·: *Ἀττικά* :·: In fine: *τέλος Παυσανίου Ἑλλάδος περιηγήσεως : ἀττικῶν . κορινθιακῶν.* [*λακωνικῶν* a sec. man.] . *μεσσηνιακῶν . ἠλιακῶν ᾱ*ον . *ἠλιακῶν β*ον. *ἀχαικῶν . ἀρκαδικῶν . βοιωτικῶν . καὶ φωκικῶν λοκρῶν ὀζολῶν.* Margini adscripta sunt argumenta, quae quomodo Kollar. Supplem. p. 594. scholia nuncupare potuerit „et omnino digna

quorum olim habeatur ratio" nos quidem plane non capimus. Paucis tantum in locis varietas lectionis adscripta est. Ex hoc codice negligenter excerptam lectionis varietatem habuit Facius; nos integrum accurate contulimus.

2) Codex Vindobonensis Hist. Gr. LI. olim 18. (Vb.) folii minoris, chartaceus haud ineleganter scriptus, constat foliis 421, quum folia quaedam pura post fol. 97. 204. 254. numeris careant. In fronte est mutilus et his incipit verbis: [σφί]σι διὰ τὸ κῆδος ἀμύναντα τῶν τριήρων τῶν βαρβαρικῶν ἀπολέσαι τὰς πολλάς, lib. 1. c. 16. De codicis aetate Kollarius d. l. p. 597. disserit et eum anno 1500 scriptum esse suspicatur ob subscriptionem operis calci subiectam; sed haec inscriptio ab alia manu eaque recentiore quam quae codicem scripsit profecta videtur; numerus autem est αφ'4 quo annum 1504 indicari suspicamur. In fine: Παυσανίου Ἑλλάδος περιηγήσεως. ἀττικῶν. κορινθιακῶν rel. ut in praecedente. Inepta de his codicibus refert Nibby prefaz. p. XV. Paucissimae ex hoc codice lectiones cum Facio communicatae sunt, nos integrum contulimus.

3) Codex Angelicus 2. C. II. chartaceus folio (Ag), saeculo XIV vergente aut XV incipiente scriptus. Multas habet lacunas per ὁμοιοτέλευτα vel vocabula paria saepius ortas; ν ephelcystici est amantissimus etiam ante consonantes, unde mirae interdum exoriuntur lectionis monstra, ut v. g. X, 24, not. 27, ubi pro καὶ ἑστίαν ἐφ' ᾗ Νεοπτόλεμον habet καὶ ἔστιν ἀνέφηνεν ὁ πτολέμων. Lectiones quasdam ab Uhdenio excerptas cum Siebelisio communicavit Io. Theoph. Schneider, alias e libro primo Bröndstedius Boettigeri Amaltheae III. p. 65 inseruit. Nos contulimus integrum.

4) Codex Mosquensis (M.) chartaceus, fol. eleganter satis scriptus foliis 280 ab Fedoro Andreew anno 1775 numeratis et signatis, quod ipse sua manu testatur. In catalogo msto numerum gerit 195, egregie est conservatus circa magni incendii tempus in loca haud dubie tutiora abductus. Scriptus videtur saeculo XIV quod primo folio inscripsit nescimus quis; e Graecia Moscoviam translatum esse ex alia concludimus inscriptione ἐκ τῶν μαξίμου ἐπισκόπου κυθήρων. Quod in fronte praemittitur ἰβήρων quid sibi velit non eruimus. In fine codicis: τέλος Παυσανίου Ἑλλάδος περιηγήσεως: ἀττικῶν. κορινθιακῶν cet.

ut in Vab. τέλος τοῦ παυνίου. δόξα τῷ θεῷ. Lectionis varieta tem ex hoc codice valde negligenter excerptam habuit Facius multo uberiorem Siebelisius invenit marginibus editionis Kuhnianae a C. F. Matthaei anno 1777 adscriptam quod exempl in Bibliotheca Dresdensi asservatur. Ex eodem codice varia lectiones accuratissime enotatas continet exemplar Kuhnianum Bibliothecae senatoriae Lipsiensis. Precibus nostris commotu laborem taedii plenum in se suscepit Godofr. Hermannus, vi summus, illamque collationem sua ipsius manu descripta nobiscum communicavit. Accuratam praeterea codicis descri ptionem debemus Hoffmanno, Phil. Doctori, paucis abhinc an nis Moscoviae commoranti. — Codex ν ephelcystici est aman tissimus.

5) Codex Lugdunensis Ms. Graec. Nr. 16. K. (La. chartaceus, fol.; folia non sunt numerata, at in Catalog Bibliothecae Matth. Röveri I. p. 49. sub num. 216. Ben Petrus van Wesele Scholten, Catalogi auctor, 375 folia ess testatur. Constat autem codex diligenter scriptus duabus par tibus, charta, scriptura, indole, tempore omnino diversi Pars prior usque ad finem libri quarti recentiori manu script est et propius accedit ad eam codicum classem cui Vb et code Aldinus adnumerandi sunt. Continet haec cum titulo Παυσανίο Ἑλλάδος περιηγήσεος (sic). Ἀττικά, 21. manipulos signato (praeter tres priores), quorum singuli complectuntur octo foli itidem signata, at quattuor tantum priora, quum folia sint du plicata (quaterniones); sic fere: ε^ον. φύλλον α^ον, β^ον, γ^ον δ^ον; quattuor sequentia non signantur; in octavi imo margin est custos quem vocant non a laeva ad dextram scriptus se directione transversa; sequitur ς^ον, φύλλον α^ον cet. Manipu vicesimi primi folium octavum purum est. Pars secunda chart crassiori et scripturae compendiis plurimis exarata complectitu manipulos undecim, foliorum denorum, excepto secundo qu octo tantum continet folia; folia non signantur, manipuli tan tum usque ad ζ^ον; custos directione transversa scriptus dein ceps indicat manipuli finem. Folia primum atque ultimum ma nibus attrita et usu sordidata, ita ut extrema fuisse codicis facil agnoscas. Desinit haec pars verbis ἀπὸ θαλάσσης ἄνω λακεδαι μονίων τὰς φρουρὰς καὶ ἁρμοστὰς ἐκβαλλόντες (sic) καὶ δεκαδαρ

γίας καταπαύσαντες. ἐπαμινώνδας —; tum custos, haud dubie *ἐπαμινώνδας*, at hic rasura, verba *τὰς φρουρὰς — καταπαύσαντες* litura deleta, et ab alia manu custos *λακεδαιμονίων* appositus. Verba autem illa sunt VIII, 52, 4. Quae sequuntur ab eadem manu eademque charta qua libri I—IV scripta sunt manipulis tredecim non signatis (at folia quaterna priora numeris notantur) octena folia continentibus; manipulus tertius decimus sex tantum habet folia. Haec omnia manifesto probare videntur partem mediam codicis integri fragmentum, initium et finem ad complenda deperdita addita esse. Paginae extremae inscribitur: *Παυσανίου ἑλληνικῆς περιηγήσεως ῑ^ον φωκικά*:· *δόξα σοι ὁ θεός*. — Codex *ν* ephelcysticon saepissime omittit, etiam ante vocalem. Integrum contulimus.

6) Codex Lugdunensis Ms. Graec. Nr. 16. L. (Lb), in Catalogo Bibliothecae Röverianae I. p. 49. Nr. 217. est membranaceus, fol. et constat teste Petro van Wesele Scholten foliis 307, nisi error in calculo; nos enim manipulos denorum foliorum numeravimus signatos viginti, sequitur *κα*, cuius folio sexto inscribitur *ϛ τοῦ κα*, quod excipiunt folia septem, septimum purum. Titulus rubro colore scriptus: *Παυσανίου Ἑλλάδος περιηγήσεως*, sine libri titulo; in fine: *τέλος τῶν Παυσανίου περιηγήσεων*. In folio praefixo haec leguntur: „Hunc librum curavi mihi transcribendum venetiis eo consilio ut in latinum verterem, pro fl[oren]is ela(?) Duct. decem et octo . coepi transferre felix(?)......... MCCCLXXVII. quom (sic) aetatis meae annum .... gesimum primum. Domitius *τῇ ἑαυτοῦ χειρί*.“ (Punctulis notata sunt ambigua vel omnino detrita). Sequitur ab alia manu: „Hic sine dubio fuit Domitius Calderinus cuius valde honorifica mentio fit in epistolis Ang. Politiani a Luc. Phosphoro epist. 10. lib. 3. Vide itid. Abbatem Trithem. in scriptor. ecclesiast. Obiit Calderinus anno Christi 1477.“ Tum: „M. Anton. Sabellicus in Dialogo de Ling. lat. reparatione: Coeperat ad haec Domitius Pausaniam in latinum vertere quum immatura est morte praeventus.“ Codicem perquam eleganter scriptum integrum contulimus. — Mirum videri possit a nemine adhuc emendandi Pausaniae causa inspectos esse codices Lugdunenses. Fuerunt olim in Biblio-

theca Matth. Röveri. „Quum et huius codicis pergameni et praecedentis chartacei (sunt verba Petri van Wesele Scholten l. d.) usum in paucos dies initio anni 1743 a Matth. Rövero petiisset Iac. Phil. d'Orvillius, pretiosa illos nominans κειμήλια, utriusque etiam codicis honorificam fecit mentionem in Animadversionibus in Charitonis Aphrod. libros p. 61: idem d'Orvillius in epistola ad Röverum (datâ die XIV. Martii 1743 et hodieque servatâ) haec scribit: Redeunt ad dominum codices duo Pausaniae, quibus usus fui circa epigrammata: cetera indelibati manserunt cet." Quid post Röveri mortem de iis factum sit quum plerique nescirent circumcirca quaerere instituimus, diu frustra, donec Hasii viri celeberrimi Bibliothecae Parisinae praefecti nobisque non uno nomine pie colendi inquisitione, et Groenii van Prinsterer, auxilio comperimus in Bibliotheca publica Lugduni Batavorum pretiosa illa κειμήλια asservari. Et tanta fuit eorum qui Bibliothecae illi praesunt insignis liberalitas ut codices illos transmitterent nobis excutiendos, quod officium vere liberale satis praedicare non possumus. Praecipue I. Geelio viro celeberrimo publice gratias agimus hoc loco quas possumus maximas.

7) Codex Parisinus 1399 (ol. 400. 2064.) (La) fol. chartaceus manu elegante Petri Hypselae Aeginetae Mediolani scriptus, quod ipse prima codicis pagina testatur: Πέτρος ὁ Ὑψηλᾶς Αἰγινήτης αὐτοχειρίᾳ ἔτει χιλιοστῷ τετρακυσιοστῷ (τετρακόστῳ in apographo nobiscum communicato) ἐννενηκοστῷ (ἐννενικόστῳ) ἑβδόμῳ, πέντε ἐπὶ δέκα (inepte ἑβδόμῳ πέντε, ἐπὶ δέκα ap. Kuhn. et Siebelis.), τοῦ Μουνυχιῶνος μηνὸς ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννέσεως (γεννήσεως ap. KS.), Μεδιολανόθι. [a]) Continet folia 288; in marginibus summaria et notae breves manu, ut videtur, Iani Lascaris pleraeque. Fuit olim in Bibliotheca Medicea, unde ab Henrico IV. haud dubie comparatus est cuius monogramma in tegimento conspicitur. „Il a été copié sur un exemplaire revu par quelque demi-savant, qui a corrigé ce qu'il n'entendait pas, et a fait disparaître les lacunes en y inserant des mots et même des phrases entières. Il mérite donc peu de

a) In Catalogo Bibl. Reg. II, p. 314. anno 1447 scriptus perhibetur, errore haud dubie.

confiance. C'est sur un manuscrit à peu près pareil que l'édition d'Alde a été faite.“ Clav. I, p. V.

8) Codex Parisinus 1400 (ol. 2819.) (Pb) chartaceus, in quarto, fol. 71; scriptus videtur saeculo XVI. Inscribitur quidem: *Πίναξ Παυσανίου . Παυσανίου Ἑλλάδος περιήγησις . ἀττικά . κορινθιακά . λακωνικά . μεσσηνιακά . καὶ τὰ λοιπὰ εὑρισκόμενα Παυσανίου*; at primum tantum continet librum. Hunc codicem et praecedentem passim inspeximus vel conferendum curavimus; varias lectiones ex utroque excerpsit Clavier.

9) Codex Parisinus 1410 (ol. 1927. 3043.) (Pc) in quarto, continet folia 370. Charta laevigata satis diligenter scriptus est a Michaele Sulario Nauplio anno 1491 secundum Catalogum codicum mstorum Bibliothecae regiae II, p. 315, cui accedit descriptio nobis transmissa; anno 1391 si Claverio I, p. V fidem habemus. (Clav. annum 6899, Kuhn. et Siebel. 6999 indicari a Sulario narrant). Bekkerus hanc litem facili opera dirimere poterat, imo debebat, at non permisit nimium brevitatis studium. Magna codicis pars humiditate corrupta est quo factum est in parte posteriore ut versus qua margines interiores spectant quia rubro colore erant scripti omnino evanuerint. „Il est très-précieux ayant été copié d'après un exemplaire dans lequel on avait conservé les anciennes léçons, lors même qu'elles étaient inintelligibles. Les traces des lacunes y sont même assez souvent indiquées.“ Clav. I, p. VI. In supplementis de eodem dicit c'est le plus exact. Varia lectio a Clavierio excerpta saepissime differt a Bekkeri lectione, quare multos locos, asterisco a nobis notatos (Pc*) denuo contulimus vel conferendos curavimus invenimusque haud minus raro a Bekkero quam a Clavierio fidem et religionem fuisse neglectam.

10) Codex Parisinus 1411 (ol. 1322. 3042.) (Pd) chartaceus, in quarto (?), exaratus saeculo XV. Praeter Pausaniam continet Dionysium Periegetem cum Eustathii commentariis et notitiam provinciarum Asiae, Europae et Africae. Cf. Catal. Bibl. Reg. II, p. 315. MCDXI. „Ce manuscrit diffère tres peu du précédent (1410); il est cependant moins correct.“ Clav. I, p. VI. Idem tamen in supplem. dicit: „Le manuscrit 1411 est le meilleur de ceux que j'ai collationnés.“

Praeter lectiones a Clavierio excerptas passim inspeximus codicem, librum quartum contulimus integrum.

11) Codex Parisinus 1409 (Phral.) chartaceus anno 1431 a Phralite quodam scriptus continet praeter alia quaedam Excerpta e Strabone, Pausania, Dione rell. Variam e Pausaniae fragmentis lectionem enotavit Sevinus et publici iuris fecit in Hist. de l'Acad. d. I. et B.L. T. XIV, p. 198 sqq.

12) Codex Riccardianus (R.) chartaceus, fol., scriptus saeculo XV, continet folia 280. Manum expertus est correctricem quae varias lectiones, de quibus postea, marginibus adiecit; has omnes descripsimus, praetereaque librum primum contulimus integrum. Ceterum non duo sed unus est Riccardianus; in errorem Siebelisium (I, p. XXX) induxit Nibby (p. XIV) falsa referens.

13. 14) Codices Medicei sunt duo (Fa Fb), alter Laurent. Plut. LVI. X. membranaceus, fol., alter Plut. eod. XI. itidem membranaceus, fol. Uterque nitidissime scriptus, margine folii primi circumcirca picturis ornato. Fb ad initium libri primi marginalia quaedam scholia continet. De iis conferendi sunt Ang. Mar. Bandini Catal. codd. graec. bibliothecae Laurent. II, p. 306 sq. Siebelis I, p. XXX sq. Nibby p. XIV. Praeter specimina quaedam a nobis et a Francisco del Furia Siebelisii nomine sumta in usum nostrum contulimus lectiones a Sebastiano Ciampi excerptas et in Descrizione della Cassa di Cipselo tradotta dal Greco di Pausania. Pisa. 1814. publici iuris factas.

15) Codex Venetus (Vn) CDXIII. fol. max., saeculo XIV videtur scriptus. Hunc codicem ab Aldo esse expressum praeter alios suspicatur etiam Morellus Biblioth. Mss. Graec. et Lat., cuius de hoc codice iudicium v. p. 282. Falsam esse suspicionem docet collatio quam instituimus libri primi. Habet eadem scholia marginalia quae Fb.

16) Codex Neapolitanus (N) III. A. 16 chartaceus, fol., saeculi XV. Contulimus cum eo librum primum.

17) Codex Vaticanus (Vt) chartaceus, fol. saeculo XVI scriptus. Quaestio exorta est, num hic codex differat ab eo qui aliis Palatinus nuncupatur; nobis unum eundemque esse Vaticanum et Palatinum res videtur certissima. Si enim Nibbyum

audimus de codicibus Romanis p. XIII disserentem: „Due manoscritti sono in Roma, uno al Vaticano di carta, del secolo XVI, *nella Biblioteca Palatina segnato al numero* 56, ed uno alla Biblioteca Angelica cet." et Catalogum Bibliothecae Palatinae Heidelbergensis a Frid. Sylburgio confectum (Monumenta pietatis et Literaria. Francof. p. 21.) inspicimus in quo revera sub numero 56. Pausaniae Graecia, distincta in Attica, Corinthiaca cet. additis in margine brevibus summariis, fol. describitur, quis tandem de duobus libris diversis sermonem esse facile sibi persuadebit? Paucas tantum contulimus paginas.

18) Codex Monacensis 404 (Mo), olim Augustanus, chartaceus, fol., manu recentissima, saeculo, ut videtur, XVI. scriptus, continet libb. I. II. et tertium usque ad verba *τούτου δὲ τοῦ κριοῦ γεμιζούσῃ τῇ θυ —*, cap. 13, 3. Conferendi de eo Reiser in indice Mstorum bibliothecae Augustanae p. 68. nr. 29. et Hardt catal. mstor. Monac. T. IV, p. 250. nr. 404. Magnam eius contulimus partem.

Exstat praeterea fragmentum Pausaniae in Bibliotheca Regia Matritensi a manu Constantini Lascaris scriptum, *Παυσανίου ἱστοριογράφου ἱστορίαι*, — usque ad *ἐπὶ τῶν τοίχων τοῦ γένους εἰσὶ τοῦ βουταδῶν καὶ διπλοῦν γάρ ἐστι* — cap. 26, 5. Cf. Iriarte Reg. Bibl. Matr. codd. gr. mss. XXV. p. 120 sq.

Iam praemissa codicum notitia videndum est de eorum affinitate atque indole, quo facilius de uniuscuiusque pretio possit iudicari. Primo statim obtutu animadvertimus nullum saeculo XIV esse antiquiorem, quosdam usque in saeculum XVI descendere. Accuratius inspicientes libros, quotquot existunt Pausaniae codices ex uno fonte eoque non admodum antiquo fluxisse satis tuto possumus concludere, quare abiicienda est spes fore ut aliquando Pausanias integritati suae restituatur, mendis emaculetur, vulnera temporis et librariorum culpa inflicta denique sanentur. Possumus quidem codicum hucusque cognitorum ope propius accedere ad formam eius codicis deperditi unde nostri omnes tanquam e fonte communi quamvis per varios rivulos derivantur; at quae in illo libro iam erant depravata,

quae lacunosa, quis est qui confidenter restituere audeat? Iam aliquid assecuti videmur si corruptelas dignoscere et lacunas indagare contigit, quae profundius saepe cubant quam quispiam suspicetur. Levior enim ea est medela quae circa literas et syllabas versatur, quam quae depravationes latius patentes restituere, lacunas implere conatur. Illud codicum auxilio et ingenio iterata libri lectione exercitato et consuetudine atque familiaritate quadam cum libro contracta plerumque assequi poterimus; hoc vero nonnisi raris in locis praecipuo quodam favore sagacissimis conceditur ingeniis.

Debent haec quidem luculentissime apparere ex apparatus nostri indole, unde variam lectionem rarissime periodos et auctoris sensum spectare, sed circa syllabas plerumque et singula verba, circa omissiones verborumque ordinem versari perspicitur; atque sunt quaedam depravationes quae primo statim adspectu ad fontem communem deducant — e depravationibus enim maxime affinitatem dignoscimus. Eius generis sunt lacunae manifestae in omnibus codicibus obviae, v. g. ex innumeris V, 16, 6. VI, 13, 5; porro loci eodem fere modo in omnibus codicibus omnino depravati, quales sunt VII, 3. init. VIII, 3, 2—5. VIII, 10 fin. VIII, 24, 4. VIII, 27, 3. 4. 5. VIII, 35, 7. VIII, 53, 4. IX, 17, 7. IX, 35, 3. X, 27, 1. VI, 4, 6. V, 23, 7. VIII, 30, 8. porro lectionis monstra in omnibus aut plerisque codicibus obvia. Exempla quaedam selecta apponere lubet: IV, 20, 5. APcdMAg VabLab offerunt *ἐπεκράτουν μὲν αὐτοὶ ἐπεὶ ἐκράτουν;* in codice quodam librarii negligentia scriptum fuerat *ἐπεὶ ἐκράτουν μὲν αὐτοί;* errorem animadversum correxit aliquis supra lin. aut ad marg. *ἐπεκράτουν,* idque in codice quodam receptum cum ipso vitio corrigendo in omnes transiit codices. Haud absimilis est locus III, 16, 9. ubi veram lectionem *ἀπὸ δὲ αὐτῆς καὶ ἐς φόνους προήχθησαν* habent AVbLa; in codicem quendam irrepserat *καὶ ἐς φθόνους* (quod servavit Pd); mox errore intellecto adscripsit librarius correcturam *καὶ ἐς φόνους;* ubi vero corruptionis sunt semina ibi pullulant vitia; itaque alii scripserunt *καὶ ἐς φόνους* (AVbLa), alii *καὶ ἐς φθόνους* (Pd); alii *καὶ ἐς φθόνους καὶ ἐς φόνους* (Ag); alii *καὶ ἐς φόβους καὶ ἐς φόνους* (MVaPc); alii denique *καὶ ἐς φόρους καὶ ἐς φόνους* (Lb). — I, 41, 3. Pc

LabAg pro δέ φασι habent δέ ï cum brevi lacuna post ï; M δέ ι (δι) itidem cum brevi lacuna; e reliquis nihil enotavimus. Qui in codicibus legendis sunt versati saepius haud dubie illud compendium viderunt, quo librarii φασί indicare solent; habet plerumque formam literae φ subducta linea; saepe vero neque linea recta neque transversa expressa est, sed compendium illud formam fere refert literae ω, ω, cum vestigiis lineae rectae vel transversae, interdum cum apice quodam in accentus circumflexi vel spiritus formam deducto. Ex hoc compendio, quod accuratius expressit M, exorta est mira illa lectio in Pc LabAg; Cod. M servavit vestigium lineae rectae et in οἱ facile deprehendimus ώ cum apice, in PcLabAg hoc signum in duo puncta coaluit. Possumus inde perspicere quanta religione plerumque librarii depinxerint libros. Exemplum geminum eiusdem compendii videmus VIII, 43, 2; ubi PcMVbAgLab ῷ, Va ῷ habent pro φασι; quod haud dubie compendium expresserunt, in codice primitivo iam obvium. — VIII, 17, 4. in editionibus usque ad B legebatur νησιώτιδες ἐςεκομίσθησαν; B e coniectura correxit νησιώτιδες ἐκομίσθησαν, et hanc lectionem confirmant VaAgLa; at ut dicamus quae sentimus nec alii codices aliter legunt, vulgatumque νησιώτιδες ἐςεκομίσθησαν nihil aliud est quam scripturae compendium male quidem intellectum sed scrupulose e codice X depictum. In Va enim sic scribitur: νησιώτιδ ἐκομίσθησαν; in M νησιώτιδ᾽ ἐςεκομίσθησαν; in Lb eodem fere modo νησιώτιδ᾽ ἐςεκομ.; in Vb νησιώτιδ᾽. ἐςεκομίσθησαν; in La νησιώτιδ᾽̈ ἐκομίσθησαν. (᾽ = ες). In nullo codice in quo ἐςεκομίσθησαν legitur, literis expressis νησιώτιδες legi putamus, quae certe suspicio iis libris mstis quos ipsi accuratius perlustravimus luculenter comprobatur. — III, 21, 9. pro δῦτε PcAgVbLab habent αὖτε, Va αὖται, unde plus quam probabile est in codice X αὖτε iam fuisse et δῦτε correcturam esse ex Homero illatam (M enim silet, quare tuto de eius lectione non possumus argumentari); αὖτε vero inveteratum esse corruptelam in eo codice unde nostri exscripti sunt iam obviam ideo nobis fit verosimile quoniam ex aliis vestigiis perspicimus hunc scriptura maiuscula, quam vocant, non fuisse exaratum.

Haec nobis erant praemittenda ne temere e superstitum librorum vestigiis de codicum deperditorum forma atque indole

retro argumentari videamur; ad *communem* enim *omnium fontem* redire ne argumentando quidem facile licebit. Progrediamur autem ad singula. VIII, 35, 2. habent editiones et plerique codices: *μεσσηνίων καὶ οὗτοι καὶ ἀγάλματα κλ.* Siebelisii ad hunc locum nota est: „memorabile autem quod pro vulgato *καὶ οὗτοι* Mosq. exhibet *εὑρέ τις.*" Deinde ad VIII, 36, 5. ubi *ἐπιτεχνημάτων εὑρέτις. Πεποίηται* legitur, „Notabile autem, ait Siebelis, quod ante *εὑρέτις* Mosq. *τοῦ ναοῦ* insertum habet." At parum accuratam notitiam habuit Siebelisius; melius excerpta nostra sic: „*ὅροι Μεσσηνίων εὑρέ τις* (sic in nostris exc.); in margine editionis K cui lectio varians e M adscripta est, idem signum repetitur hac addita nota „„sequentia *καὶ ἀγάλματα* vide in Cod. p. 359."" Deinceps cap. 36, 5 fin. *ἐπιτεχνημάτων τοῦ ναοῦ κλ.;* qui fecit collationem vocem *εὑρέτις* in editione uncis inclusit addita nota: „„vide in edit. p. 676."" Rem ne sic quidem satis claram omnino expedit Va, in quo legimus: *ὅροι Μεσσηνίων εὑρέτις . πεποίηται δὲ ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ Βορέᾳ τῷ ἀνέμῳ τέμενος· καί οἱ μεγ.* (cap. 36, 5 f. et 6 init.) et sic porro usque ad cap. 37, 7. ubi ad nostrum locum redit ... *ἐςκομίζουσιν ἐς τὸ ἱερόν . ἐν δεξιᾷ δὲ ἐξιόντι ἐκ πρὸς μεγαλοπολίτας καὶ οὗτοι καὶ ἀγάλματα,* et sic porro usque ad .... *βουλευμάτων ἐστὶν ἡ θεὸς παντοίων καὶ ἐπιτεχνημάτων τοῦ ναοῦ κάτοπτρον ἡρμοσμένον,* cap. 36, f. fin. et cap. 37, 7. Manifestam igitur in Codice X (sit nobis brevitatis causa Cod. X is e quo MVa descripti sunt) deprehendimus foliorum confusionem sive potius folii inversionem, hoc fere modo: trium ratio habenda est foliorum quae literis A, B, C notabimus, paginas rectas et versas numeris 1. 2. A 2 imo versu habuit verba: *ὀνομαζόμενον Ἑρμαῖον . ὅροι Μεσσηνίων —,* B 1 versu primo *πρὸς Μεγαλοπολίτας καὶ οὗτοι καὶ ἀγάλματα* rell. usque ad *παντοίων καὶ ἐπιτεχνημάτων —;* B 2 incipiebat: *εὑρέτις . πεποίηται δὲ ἐν δεξιᾷ* rell. usque ad verba *ἐν δεξιᾷ δὲ ἐξιόντι ἐκ* — quae in imo erant versu. C 1 incipiebat *τοῦ ναοῦ, κάτοπτρον* rell. Sic omnia iusto procedebant ordine; at glutinator folium B invertit ita ut margine exteriore adligaret quo factum est ut B 1 et B 2 inverso ordine legerentur, et *ὅροι Μεσσηνίων εὑρέτις, ἐπιτεχνημάτων τοῦ ναοῦ* copularentur. Qua re fit manifestum codices MVa ex eodem descriptos esse exemplari, simulque inde argumentum de codicis X forma confiden-

ter petere possumus; B 1 enim 88 versus complectebatur quales sunt in ed. Bekkeri, B 2 versus 86, unde forma maiori et scriptura quam vocant minuscula exaratum fuisse Codicem X probabili argumentatione concludimus. Alia codicis Va lacuna X, 36, 5 usque c. 38, 6. *εἶναι γὰρ τὸν ἀντικρύα ἐς τὸ ἀκριβέστερον τῆξαι κλ.* eodem fere redit, certe haud ita magna est differentia; exciderunt enim versus 140 editionis Bekkerianae, qui in duas paginas distributi non quidem omnino conveniunt cum numero versuum in paginis folii supra descripti; at librarios pergameni et chartae parciores, versus finem librorum ubi suppetere chartam vident esse profusiores non raro animadvertimus, unde scripturam in ultimis Codicis X foliis minus pressam fuisse haud inepte licet suspicari; quibus accedit quod in illis 140 versibus quattuor lacunae indicantur in editione Bekkeri. — Versuum longitudinem, quam ob lacunas explendas, accuratius cognoscere praeprimis expedit, satis tuto iis lacunis emetiri possumus ubi excidisse versum probabilis est coniectura, qua in re, praesertim in scriptura compendiaria, neque numerum constantem esse exspectandum neque omnino ad literulam usque rem esse extricandam non est quod moneamus. I, 28, 1. M. omittit verba *βουλεύσαντα* usque *ἐγένετο οὐκ*; quum nulla alia omissionis causa adsit librarius a primo versu ad tertium omisso secundo aberrasse putandus est; habuit igitur hic versus 74 literas — II, 36, 2. M. omittit *ὁ ναὸς Ἀπόλλ. — ἐκτρ. ἐκ τῆς*; excidisse versum nemo facile dubitabit; habuit 63 literas. — X, 19, 7. M. sic habet *τότε ἔχονσε τὸν Ἀντιόχου*; excidisse versum et *ἔχονσε* duorum verborum continere fragmenta manifestum est. In Cod. X sic scriptum fuerat:

........*πρὸς Πτολεμαῖον κατέστη τότε ἔχοντα τὴν μακεδόνων βασιλείαν. Πτολεμαῖος δὲ ἦν οὗτος ὃς σέλευκον ἐδολοφόνη-* | *σε τὸν ἀντιόχου....* *)

Librarius ab *ἔχον* — aberravit ad — *σε*, versu medio omisso; habuit literas 63. — Exemplum geminum habemus X, 26, 8. „*Ἑλικάονος — γενέσθαι* om. Mosq. *ἐλιρίων* pro *Εὐφορίων* Mosq." Siebel.; minime! In Codice X sic erat scriptum:

*) Lineis erectis, quibus verba incidi, indicaturus eram finem versuum in codice. Paginae enim modus accurata codicis imitatione me prohibuit.
Typotheta.

.............*μηδὲ ἐς τοῦ ἐλι-*
κάονος τὴν γυναῖκα ἔργον δυςμενὲς ὑπὸ ἀγαμέμνονος καὶ μενελάου
γενέσθαι . εὐφο- | ρίων δὲ ἀνὴρ χαλκιδεὺς κλ.
A primo versu ad tertium, omisso medio, aberravit librarius Mosquensis. Versus omissus 65 habuit literas. — IX, 27, 3. Va *ἦσε* — *πρότερον τού* — omittit. Scriptum erat in Cod. X:

...........*ἀλλήλοις ἐς ἔρωτα*
ἦσε . θεσπιεῦσι δὲ ὕστερον χαλκοῦν εἰργάσατο ἔρωτα λύσιππος, καὶ
ἔτι πρότερον τού- | του πραξιτέλης λίθου κλ. — Exciderunt literae 67. —

Exemplorum gregem congessimus quae eodem fere deducunt; ne nimii simus praetermittenda duximus reliqua, addentes tamen unum, ne quae minus nobis favent consulto reticuisse videamur. Libro V, 1, 10. M quae uncis inclusimus omisit: *ἀποδοῦναί οἱ [τὸν μισθὸν ἀπηξίου καὶ τῶν παίδων τῶν ἀρσένων τὸν πρεσβύτερον Φυλέα ἐξέβαλεν, ἀντειπόντα ὡς οὐ δίκαια ποιοῖ]το πρὸς ἄνδρα εὐεργέτην.* [a]) Habet quidem hoc exemplum omnino speciem versus omissi; at literarum 89 numerus uni versui nimius, duobus vix sufficere videtur, nisi fortasse quod saepissime videmus accidisse ob pergameni vel chartae conditionem versus erant breviores.

Videamus de aliis codicibus. Forte fortuna etiam Codex Ag exemplum nobis suppeditat folio inverso turbatae lectionis. Habet enim V, 21, 1. *ἐν ἄθλου λόγῳ σφίσι χρόνῳ δὲ ὕστερον τῷ ἀνδρὶ τούτῳ* .... (cap. 21, 11.) ... *ἀκερσεκόμας οἱ γᾶς τέρ-* (cap. 22, 3.) *καὶ οὗτοι δίδονται . τῶν μὲν δὴ ἀνδριάντων* (c. 21, 1.) ...... *ἐς αἰγέας, ὠνήσατο ὅστις δὴ μαθ᾽ ἑλόντες ἀβαντίδος κλ.* (cap. 21, 11. et cap. 22, 3.). In imo igitur versu folii A 2 erat *ἐν ἄθλου λόγῳ σφίσι* —; versu primo folii B 1 *καὶ οὗτοι δίδονται...;* versu ultimo *ὠνήσατο ὅστις δή* —; versu primo folii B 2 *χρόνῳ δὲ ὕστερον....;* versu ultimo *οἱ γᾶς τέρ* —; versu primo folii C 1 *μαθ᾽ ἑλόντες κλ.* Iam inverso folio B et margine exteriore religato, B 1 et B 2 mutarunt loca et nasci debuit confusio codicis Angelici. Ille igitur codex unde Ag descriptus est (Cod. Y) singulis paginis complexus est 80 versus quales sunt in editione Bekkeri, quare vel minus presse scriptus vel

---

a) Memorabile, quod eandem hanc lacunam habet Lb.

ter petere possumus; B 1 enim 88 versus complectebatur quales sunt in ed. Bekkeri, B 2 versus 86, unde forma maiori et scriptura quam vocant minuscula exaratum fuisse Codicem X probabili argumentatione concludimus. Alia codicis Va lacuna X, 36, 5 usque c. 38, 6. *εἶναι γὰρ τὸν ἀντικυρέα ἐς τὸ ἀκριβέστερον τῆξαι κλ.* eodem fere redit, certe haud ita magna est differentia; exciderunt enim versus 140 editionis Bekkerianae, qui in duas paginas distributi non quidem omnino conveniunt cum numero versuum in paginis folii supra descripti; at librarios pergameni et chartae parciores, versus finem librorum ubi suppetere chartam vident esse profusiores non raro animadvertimus, unde scripturam in ultimis Codicis X foliis minus pressam fuisse haud inepte licet suspicari; quibus accedit quod in illis 140 versibus quattuor lacunae indicantur in editione Bekkeri. — Versuum longitudinem, quam ob lacunas explendas, accuratius cognoscere praeprimis expedit, satis tuto iis lacunis emetiri possumus ubi excidisse versum probabilis est coniectura, qua in re, praesertim in scriptura compendiaria, neque numerum constantem esse exspectandum neque omnino ad literulam usque rem esse extricandam non est quod moneamus. I, 28, 1. M. omittit verba *βουλεύσαντα* usque *ἐγένετο οὐκ*; quum nulla alia omissionis causa adsit librarius a primo versu ad tertium omisso secundo aberrasse putandus est; habuit igitur hic versus 74 literas — II, 36, 2. M. omittit *ὁ ναὸς Ἀπόλλ. — ἐκτρ. ἐκ τῆς*; excidisse versum nemo facile dubitabit; habuit 63 literas. — X, 19, 7. M. sic habet *τότε ἔχονσε τὸν Ἀντιόχου*; excidisse versum et *ἔχονσε* duorum verborum continere fragmenta manifestum est. In Cod. X sic scriptum fuerat:

........πρὸς Πτολεμαῖον κατέστη τότε ἔχοντα τὴν μακεδόνων βασιλείαν. Πτολεμαῖος δὲ ἦν οὗτος ὃς σέλευκον ἐδολοφόνη- | σε τὸν ἀντιόχου.... *)

Librarius ab *ἔχον* — aberravit ad — *σε*, versu medio omisso; habuit literas 63. — Exemplum geminum habemus X, 26, 8. „*Ἑλικάονος — γενέσθαι* om. Mosq. *ἑλιρίων* pro *Εὐφορίων* Mosq.“ Siebel.; minime! In Codice X sic erat scriptum:

*) Lineis erectis, quibus verba incidi, indicaturus eram finem versuum in codice. Paginae enim modus accurata codicis imitatione me prohibuit.
Typotheta.

.............μηδὲ ἐς τοῦ ἐλε-
κάονος τὴν γυναῖκα ἔργον δυςμενὲς ὑπὸ ἀγαμέμνονος καὶ μενελάου γενέσθαι. εὐφο- | ρίων δὲ ἀνὴρ χαλκιδεὺς κλ.
A primo versu ad tertium, omisso medio, aberravit librarius Mosquensis. Versus omissus 65 habuit literas. — IX, 27, 3. Va ἦσε — πρότερον τού — omittit. Scriptum erat in Cod. X:
..........ἀλλήλοις ἐς ἔρωτα
ἦσε. θεσπιεῦσι δὲ ὕστερον χαλκοῦν εἰργάσατο ἔρωτα λύσιππος, καὶ ἔτι πρότερον τού- | του πραξιτέλης λίθου κλ. — Exciderunt literae 67. —

Exemplorum gregem congessimus quae eodem fere deducunt; ne nimii simus praetermittenda duximus reliqua, addentes tamen unum, ne quae minus nobis favent consulto reticuisse videamur. Libro V, 1, 10. M quae uncis inclusimus omisit: ἀποδοῦναί οἱ [τὸν μισθὸν ἀπηξίου καὶ τῶν παίδων τῶν ἀρσένων τὸν πρεσβύτερον Φυλέα ἐξέβαλεν, ἀντειπόντα ὡς οὐ δίκαια ποιοῖ] το πρὸς ἄνδρα εὐεργέτην. [a]) Habet quidem hoc exemplum omnino speciem versus omissi; at literarum 89 numerus uni versui nimius, duobus vix sufficere videtur, nisi fortasse quod saepissime videmus accidisse ob pergameni vel chartae conditionem versus erant breviores.

Videamus de aliis codicibus. Forte fortuna etiam Codex Ag exemplum nobis suppeditat folio inverso turbatae lectionis. Habet enim V, 21, 1. ἐν ἄθλου λόγῳ σφίσι χρόνῳ δὲ ὕστερον τῷ ἀνδρὶ τούτῳ .... (cap. 21, 11.) ... ἀκερσεκόμας οἱ γᾶς τέρ- (cap. 22, 3.) καὶ οὗτοι δίδονται. τῶν μὲν δὴ ἀνδριάντων (c. 21, 1.) ...... ἐς αἰγέας, ὠνήσατο ὅστις δὴ μαθ' ἑλόντες ἀβαντίδος κλ. (cap. 21, 11. et cap. 22, 3.). In imo igitur versu folii A 2 erat ἐν ἄθλου λόγῳ σφίσι —; versu primo folii B 1 καὶ οὗτοι δίδονται...; versu ultimo ὠνήσατο ὅστις δή —; versu primo folii B 2 χρόνῳ δὲ ὕστερον....; versu ultimo οἱ γᾶς τέρ —; versu primo folii C 1 μαθ' ἑλόντες κλ. Iam inverso folio B et margine exteriore religato, B 1 et B 2 mutarunt loca et nasci debuit confusio codicis Angelici. Ille igitur codex unde Ag descriptus est (Cod. Y) singulis paginis complexus est 80 versus quales sunt in editione Bekkeri, quare vel minus presse scriptus vel

---

a) Memorabile, quod eandem hanc lacunam habet Lb.

mensionem eandem fere esse invenimus. Parum differunt rationes quae e Lb subducuntur; e multis lacunis ubi versus omissi suspicio est, a nobis examinatis, unum exemplum proposuisse sufficere videtur; V, 26, 2. Σμικύθου [πολλά τε — Ἠλείου καὶ] Ἐκεχειρίας versum omissum videmus 63 literarum.

His de codicum unde nostri exscripti sunt conditione praemissis dicendum est de affinitate eorum librorum qui nobis conservati sunt. Omnes ex eodem fonte non nimis remoto esse deducendos supra iam diximus, nec multum a vero aberrare putamus, si tertio gradu ab uno eodemque codice omnes descendere arbitramur; quo factum est ut iam a principio multis in locis omnes eodem in vitio cubent, praesertim ubi codex ille aqua marina fortasse vel nescimus qua alia re corruptus legentibus facessebat difficultates; quod non uno folio accidisse luculentis exemplis comprobari posse videtur.

Omnes Pausaniae codices in tres classes distribui possunt; primae accensendi sunt codex Aldinus, VbNVt et ex parte La; appellare possis codices interpolatos. Saepe enim parvas lacunas impletas locosque corruptos in reliquis codicibus, vel addendo vel delendo vel substituta quadam facili lectione quasi restitutos videmus. At si hanc procedendi rationem accuratius examinamus et in subsidium vocatis reliquis codicibus verae ac genuinae lectionis elementa omnino a plana illa lectione diversa eruimus, facile deprehendimus in his libris Pausaniam non restitutum, restauratum, sed interpolatum, destructum esse. [a]) Quare saepissime ubi medela non suppetebat, aliorum codicum lectionem quamvis corruptam interpolationibus manifestis Aldinae editionis et codicum eiusdem classis praeferendam duximus; neque tamen potest negari, quod nemini mirum videbitur, genuinam lectionem haud raro in solis codicibus infimae huius classis inveniri.

---

a) Exempli causa locos quosdam apponimus; sic VIII, 6, 2. scripturae vitio αὐτίκα ἁπάντων μετέστησαν in libro quodam legebatur; qui descripserunt codicem huius classis librarii, ut genitivus habeat unde pendeat, receperunt sinistram interpolationem μάλιστα. Recte Bekkerus ἁπάντων correxit in ἀπ' αὐτῶν. — III, 17, 6. legebatur ἄγαλμα ὑπ' αὐτοῦ πεποίηται; interpolator ὑπ' αὐτοῦ non intelligens mutavit in ἐκ χαλκοῦ; Bekkerus recte in ὑπάτου.

Classis secunda complectitur codices PcdAgVnLb et libros medios codicis La, qui in hac parte omnium optimus est. Adsunt vestigia (quibus tamen ob lacunas singulis proprias insistere nolimus) unde possis suspicari Pc ex La descriptum esse. Sic v. g. V, 4, 6. Pc offert *αἵμονος παῖδα εἶναι*; La sic habet *καὶ οὐχ αἵμονος παῖδα εἶναι ἑλλήνων εἶναι φασί*; verba *εἶναι ἑλλήνων* litura deleta sunt, unde perspicimus librarium ab *αἵμονος* posteriore rediisse ad prius et verba *παῖδα εἶναι ἑλλήνων* bis scripta delevisse excepto *παῖδα* litura id comprehendere oblitum. Affinitatis codicum La et Lb vestigium habemus V, 5, 8., ubi Lb sic habet *ἐδωδίμους* <*ἔχουσιν ἄνθρωποι τὰ πρότερα*> *ὄντας*; rediit igitur ad prius *ἐδωδίμους*, tum perspecto errore verba bis scripta uncis inclusit. La *ἐδωδίμους ἔχ ὄντας*, litura deleto *ἔχ*. Eiusmodi variis codicibus communes aberrationes casu quodam fortuito ortas esse aegre nobis persuademus, praesertim ubi tota librorum indoles e commentario nostro perspicienda ad fontem communem nos deducit. Caeterum haec classis plurima lectionis genuinae elementa offert maximaque religione etiam manifesto corrupta servat, quare facilius ex his saepe emergit veritas quam e laevigata lectione codicum primae classis. Lacunas quasdam soli huius ordinis libri explent, ut VIII, 41, 6. X, 8, 5. Multos locos La solus restituit, qui omnino omnium plurimas habet lectiones sibi proprias, ita ut a reliquis seiunctus solus fere classem efficere videatur.

Tertia classe comprehendimus codices MVa geminos et Mo qui ad secundam quidem proxime accedunt, at non pauca habent quae ipsis propria videantur. Saepe soli genuinam nobis servarunt lectionem. Lacunas VIII, 41, 6. X, 8, 5. cum prima classe habent communes.

Ubi in partes discedunt codices in ipsis adeo lectionum quisquiliis in has classes distinctos videbis, non tamen ita ut nullus unquam a suo ordine secedat; frequentissima enim sunt exempla quibus hi ordines disturbantur et ita confunduntur ut codex primae classis lectione cum secunda conveniat et vice versa. Quam confusionem non adeo esse recentem, neque cum codicibus nostris demum esse ortam inde possumus perspicere, quod nullus facile codex lectionem (de scripturae vitiis et omissionibus non loquimur) habet, quin eadem in alio etiam codice re-

periatur; quo quidem argumento dilucide comprobatur, omnes nostros libros eiusdem esse familiae. Quae quum ita sint haud inepte suspicari videmur codicem illum unde nostri fluxerunt manum correctricem expertum esse varietatemque lectionis in margine habuisse adnotatam; quo factum est ut alii contextum tantum describerent, alii vel integram vel cum delectu variam lectionem reciperent, alii corrigendum simul cum correctura copulatum exhiberent vel lectionis differentiam selectam itidem in marginibus adnotarent; nec defuerunt denique, qui totum illum codicem ita describerent, ut quidquid in ipso contextu, quidquid in marginibus scriptum erat, accurate in exemplar suum transferrent. Ex hoc genere codex Riccardianus esse videtur, cuius margines permultas offerunt lectionis varietates quarum ea est indoles ut omnes, paucissimis fortasse exceptis, in codicibus nostris reperiantur. Perspicuitatis causa tabulam subnectimus lectionum e libro VII. excerptarum omnium.

Cap.	Codex Riccard.	margo Riccard.	
1,5.	θηβαίοις MPcAgLb	ἀθηναίοις VabLa	
2,6.	ἕτερον AgLb	ἱερὸν AMVabPcLa	
2,7.	καὶ ὕστρον MLb	καὕστρον PcAgVa La	καὶ ὕστρον Vb
2,11.	ἰσχύϊ MVbA	ἰλύϊ AmVaPcLb	ἠλύϊ Ag; ἴλυ La
3,6.	οὐδ' ἐπὶ τοῖσϊ PcAg Lab [a])	τοῖς τηΐοις M	ὀρχομενίοις τοῖς τηΐοις Vab male intellecta varietate.
4,4.	τῷ ἐν σάλῳ	τὸ ἐν τῇ σάμῳ Vab	τῶν ἐν σάμῳ Lb; τὸ ἐν σαμίῳ La
5,6.	πρὸς ἦρα MA	πρὸς ἄκρα PcAgVab Lab	
5,9.	πόλιν M	πόλον PcAgVbLab	πίλον Va
7,9.	ἐς αἰτίαν	ἑστίαιαν APcAgVab Lab	ἐς αἰτιαίαν M
10,3.	ἀνίεσαν MPcAgLab	ἐπαύσαντο AVab	
10,7.	τὸ ἐς ἐςπέτους M	ἐς σαπέους AgLa	τὸ ἐς σαπίους Vb, τὸ ἐςπέτους Va, ἐσσαπέτους Lb, ἐς ἀπέσους Pc
18,7.	μεμενηκυίας, ὅμως τὸ (M) σπονδὰς ὑπερβῆναι καὶ expuncto δι' ἃς ante ὅμως. — μεμενηκυίας δι' ἃς (δι ἅς Pc) ὅμως τ. σπ. ὑπερβῆναι καὶ Pc MAgLab	τὰς σπονδὰς VaPc Ag addit πείθει.	μεμενηκυίας πείθει ὅμως τ. σπ. ὑπερβ. καὶ Va; μεμενηκυίας ὅμως τ. σπ. ὑπερβ. πείθει καὶ AVb

a) οὐδὲ PcAg, τοῖσιν Ag; eiusmodi varietates quae ad rem nostram nihil utique faciunt hac tabula silentio praetermittimus.

Cap.	Codex Riccard.	margo Riccard.	
16,5.	τῷ ποταμῷ τότε τῷ ἀσινάρῳ τοῦτό τε τῷ καλλ. AgPcLb	addit τοῦ τότε	τ. ποταμῷ τότε τῷ ἀσ. τοῦ τότε M; τ. ποταμῷ τότε τὸ ἀσ. τοῦ τότε τῷ καλλ. Va; τ. ποτ. τότε τὸ ἀσ. τότε τῷ καλλ. Vb; ποτ. τότε τῷ ἀσιάρῳ τότε το (sic) καλλ. La
18,4.	πατράσιν (πατρᾶσιν) LaM	πατρεῦσιν VaPcAg	Lb habet utrumque, alterum e correctura.
22,9.	θεοῦ M marg.	πηλοῦ MVabPcdAg Lab	πηλοῦ θεοῦ A
23,4.	τῷ ἀνδρὶ MVaPcAg Lab	τῷ ἀθλητῇ Vb	
23,8.	ἦν MVaAgPcLab	εἶναι Vb	

Addimus exempla quaedam e reliquis libris selecta quae commemoratione praecipue digna nobis visa sunt.

Lib.	Codex Riccard.	margo Riccard.	
III,15,10.	βοιωτοῖς M	βοωνήτοις PcAgVab	
— 17,6.	ὑπ' αὐτοῦ MPcAg	ἐκ χαλκοῦ AVb	ἐκ χαλκοῦ ὑπ' αὐτοῦ Va
— 18,10.	παρὰ λόφῳ M	παρὰ φόλῳ PcAgVab	
— 20,5.	θήρας ὀνομάζοντες λητώ φασιν ἀπὸ τῶν ἄκρων MPcAg	θήρας ὀνομάζουσιν. οὐ πόῤῥω δὲ τῶν ἄκρων AVab	
IV,26,3.	καλέσαι MVaPc	κληθῆναι Vb	
— 27,8.	ἀθηναίους Vab	ἀσιναίους M	
— 30,1.	ὕλλον AVbM	γλήνου PcAg	ὕλλον γλήνου Va
— 31,8.	ὑπερηκόντισε VabM Lb	ὑπερηκότος APcLa	ὑπερήκοντος Ag
— 36,6.	προῆχθαι MPcVb	προηχέναι AVa	
V, 8,1.	κουρῆτες MPcAg	κούρησι AVab	
— 8,4.	κέλητος VbPcAg	κέλητι AVa	κέλητα M
— 13,4.	μηκέτι MPcAg	μηκυνομένου AVab	
— 20,3.	ἐπὶ δὲ ἤλειδα	ἡ δὲ κλεῖδα Vab	ἐπὶ δὲ ἤλιδα M; ἐπὶ δὲ κλεῖδα PcAg
VI,19,9.	βυζαντίων PcVbM	ἐπιδαμνίων A	βυζαντίων et supra vers. ἐπιδαμνίων Va
— 25,2.	μόνοι MVaPcAg	μνήμη AVb	
— 25,5.	ἑτέραν M	ἐρεᾶν (ἐρέαν) PcAg Vab	
VIII, 5,2.	ἐν πάλαι πάφῳ M	ἐν πόλει πάφω AVb	ἐν παλαιπάφῳ PcAgVa
— 5,6.	ἐντός Va	ἐκτός MPcAgVb	
— 5,13.	πανσθῆναι PcAg	πανθῆναι Vab	παναθῆναι M
— 6,2.	μάλιστα om. PcVaAg	μάλιστα MVb	
— 24,5.	ἐν μεγ. MVa	ὓν μεγ. Pc	ἦν μεγ. A; θηράσειε νῦν μεγ. Ag
— 25,8.	ἦν M	ἦεν AVabPcAg	
— 27,13.	ἡμέρας M	ἑτέρας VaPcAgM marg.	
— 29,2.	γέγασι	γρ. γυναιξὶ, γρ. γίγασι; γυναιξὶ MVab	
— 31,1.	ὁδοῦ M	ἐσόδου PcAgVab	
— 31,4.	ναΐδα Ag	ναῒς AVb	ναΐδα MVaPcd
— 43,5.	ἀλλότριον δὲ ἐς MAg	ἀλλοτοιόνδε ἐς PcA Vb	ἀλλότριον ἐς Va
IX, 5,4.	φιλίᾳ PcAgMVa	φόβῳ Vb	
— 16,3.	ἀθηναίοις M	θηβαίοις VaPcAg	
— 30,10.	τῶν ὀστῶν MVaAg	τὰ ὀστᾶ AVbPc	

Nolumus cumulare exempla; quae protulimus affatim manifestant qualis sit codicum affinitas, simulque quomodo fieri potuerit, ut codices gemini ex eodem exemplari descripti tot tamen locis inter se discrepent; omnino vero quanti momenti sit eiusmodi liber (sit venia verbo) glossatus ad distinguendas classes, quantam inde lucem accipiat codicum genealogia et historia nemo non videt.

Praeter haec subsidia e codicibus petita quum alia etiam circumspectaremus magno fortunae beneficio nobis oblatum est exemplar editionis Xylandro-Sylburgianae, cuius margines notis Palmerii manu scriptis impleti sunt. Transmisit nobis hunc librum e Bibliotheca Lugdunensi I. Geel, vir doctissimus, humanissimus et de Pausania nostro nobisque ipsis optime meritus. Palmerii observationes maxima quidem ex parte in explicandis Pausaniae verbis versantur; multae tamen, quarum partem in Exercitationibus ipse in lucem publicam iam emisit, artem criticam spectant; non omnes satis ponderatae, sed bona pars coniecturae tantum tumultuariae videntur. Ob viri auctoritatem ingeniique acumen ne eas quidem supprimendas duximus in quibus manifesto aberravit a vero Palmerius; nam virorum magnorum errores adeo non sine fructu legimus. — Transmisit nobis praeterea Geelius observationes manuscriptas Hemsterhusii et Reiskii e marginibus exemplarium Lugdunensium a Cobetio, viro doctissimo, Prosopographiae Xenophonteae auctore, nostrum in usum perhumaniter excerptas. — Quamplurima nobis auxilia suppeditasse Siebelisii diligentiam lubenter gratoque animo publice profitemur; praeterea quantum potuimus curatissime quae ad expoliendam Pausaniae orationem a viris doctis scripta erant conquisivimus; si quid vel negligentes vel ignorantes praetermisimus — et praetermissa esse non pauca ipsi suspicamur — veniam tamen ab aequo iudice impetrare speramus qui reputat quam salebrosus sit labor taediique plenus bibliothecas perlustrare ut unam alteramve coniecturam delitescentem inde eruas.

His *subsidiis* instructi ad opus nos accinximus; nunc de *instituti nostri ratione* paucis est praemonendum, quum non

eodem modo in factitanda crisi versari editores videamus. Alii enim in eo potissimum desudant ut lectionem vulgatam omni studio ab intempestivis, ut aiunt, corrigentium coniecturis tueantur et e lectione multorum annorum vetustate sancita sensum qualemcunque eliciant, obliti editionum *agmini*, quarum una saepissime ex alia est expressa, nullam utique inesse auctoritatem et non sensum qualemcunque, sed sensum loco et auctoris indoli aptissimum praecipue esse spectandum. Alii non quidem libros impressos at manu scriptos religiosa quadam veneratione deosculantur et literis literarumque apicibus adhaerentes in eo praecipue laudem sibi quaerunt, ut nullam recipiant literulam nisi quae a codice quodam sit oblata, hac sola ratione textum quem vocant diplomaticum restitui posse sibi persuadentes. At non reputant viri hi diplomatici codices etiamsi optimos non esse exemptos omni labe et omnium codicum consensu non quidem eam constitui lectionem quae a libri ipso auctore profecta est sed quae in eo reperiebatur codice ad quem omnes nostri tanquam ad fontem communem redeunt. Cuius tamen rationis de laude nolumus derogare; procul dubio enim plurimum profecisse videmur in restauranda libri forma, si lectionem eius codicis e quo expressi sunt nostri satis tuto restituere contigit, praesertim si codex ille praecipua quadam virtute commendatur et ab auctoris ipsius aetate haud nimis recedit. Sed qui hac ratione genuinam atque nativam operis formam reperiri posse sibi persuadent haud mediocriter nobis errare videntur. Alii deinde nihil nisi corruptelas conspiciunt et librorum editorum aeque ac codicum auctoritatem contemnentes iuvenili quodam impetu sospitatoris et quasi restauratoris munus sibi delatum putantes ex ingenio restituunt non quidem quae ab operis auctore scripta sunt sed quae ab eo scilicet scribenda erant. Nobis harum rationum nulla placuit, veram viam mediam esse inter tumultuariam hanc novandi pruriginem et timidam illam conservandi quae traditione sancita videantur cautelam reputantibus. Ut enim taceamus de iuvenili illo ardore, quem maturiore aetate retractare plerumque solent, cum iis tantum nobis res est qui codicum auctoritate confisi ad disciplinae severitatem redigere artem criticam conantur. Atque hi quidem codices accurate in legiones, cohortes, manipulos disponere, alios prima acie alios

in subsidiis collocare, singulis ad amussim partes suas deferre solent; praeterea variis praeceptis regulisque usu quasi sancitis, quales sunt e numero et fide codicum lectiones esse constituendas, lectionem difficiliorem praeferendam esse faciliori et quae sunt reliquae, quibus omnibus veritatis aliquid at non veritas inest — his regulis, inquam, *artem* criticam in *disciplinae* formam redigere conati sunt. Quam rem si e theoria tantum constituere liceret quis est qui improbet? Lubenter adeo confitemur, utile imo necessarium esse ut terminis quibusdam atque regulis circumscribatur ars nostra ne ad merum arbitrium res redeat; at quis est qui nesciat, non e codicum numero neque adeo ex sola eorum praestantia diiudicari lectionum pretium? hae singulae per se sunt examinandae; e lectionum praestantia argumentamur de codicis pretio, non vice versa; non ita rari enim sunt loci, ubi optimi quique codices in corruptela consentiunt et lectio genuina, unice vera, in codicibus deterioris notae invenitur vel in uno tantum caeteroquin fortasse pessimo libro delitescit. Quare operosae illi distributioni in ordines, familias, classes (per se neutiquam reprobandae ob fructum qui inde in *historiam literariam* redundare videtur, praesertim ubi multi, vetusti et e diversis fontibus oriundi codices superstites sunt), in factitanda crisi tantum momenti concedere non possumus quantam a multis tribui videmus; viritim enim, non curiatim probantur testes. Lectionem vero difficiliorem praeferendam esse faciliori nec ipsum omnino verum putamus; difficillima enim intellectu ea sunt quae sensu carent; at nemo iis propterea praerogativam quandam esse concedendam facile affirmabit; corruptelarum causae tam variae sunt et lectionum varietates tam fortuitae ut sub regulas et ad normam subigi non possint; ad rationes enim frustra reducere conamur quae a ratione profecta non sunt; fortuita autem ob id ipsum sunt fortuita quod ratione carent.

Codices Pausaniae, ut supra vidimus, neque praestantia neque vetustate commendantur, praeterea ex uno fonte eoque satis turbato omnes derivantur, quam ob causam in puris putis corruptelis saepissime consentientes deprehendimus ubi codex ille primarius iam erat corruptus. Facile inde apparet in recensendo Pausania viam omnino diversam esse ineundam ab ea

qua ad castigandum v. g. Platonem, Thucydidem, Lucianum progredimur, ubi codicum abundantia, praestantia, vetustas et familiarum ubertas, praeterea librariorum et commentatorum doctrina plerumque satis subsidii offerunt ad restituendum et expoliendum genuinum auctoris sermonem. Farraginem quidem e codicibus nostris eruimus lectionum at eae saepissime tales sunt ut variarum corruptelarum potius quam variarum lectionum appellare possis collectionem, facileque deprehendere liceat mendosum mutilumque codicem a librariis mendosius etiam esse exscriptum. Pausaniam igitur e solis libris manu scriptis quotquot nunc superstites cognovimus nunquam ad integritatem posse restitui, lacunas quae frequentiores sunt quam suspicantur plurimi, nunquam posse impleri, multaque vulnera letalia nunquam sanari lugentes nobis persuademus; et quamquam multi sunt loci in quibus codicum nostrorum auxilio fortasse etiam e coniectura Pausaniam a nobis emendatum speramus, plurimi tamen sunt reliqui de quorum restitutione nos quidem omnino spem abiecimus. Quae quum ita sint temeritatis crimen incurrere non veremur, si a codicibus destituti ad coniecturas saepissime confugimus non quidem tumultuario impetu sed haesitantes et meditate. Tritissimum est illud quemque sui ipsius optimum esse interpretem, addimus correctorem. Quem correctorem ut in partes nostras traheremus, vicies triciesque repetita accurata libri lectione ita natura eius et indole nos imbuere studuimus ut in Pausaniae dicendi et cogitandi rationem satis penetrasse et familiaritatem quandam cum eo contraxisse nobis videremur. Sic penitius perspecto libri consilio et cognita eius natura ad codicum lectiones accessimus rei palaeographicae sic satis gnari quippe qui codicum centurias pertractavimus; singulas lectiones diligenter examinavimus habita non solummodo codicum ratione, sed scriptoris indolem et sermonis habitum respicientes; ubi nullam quae satisfaceret invenimus lectionem, librorum manu scriptorum quantum fieri potuit prementes vestigia e coniectura sive nostra sive aliorum haud ambiguam Pausaniae sententiam restituere conati sumus; locos plane desperatos, — et sunt ii non adeo rari — intactos dereliquimus eam e codicibus recipientes lectionem, quae plurima nobis correcturae elementa continere visa est; lacunas nisi ubi

una alterave vocula erat inserenda, non complevimus sed asteriscis tantum hiare sermonem indicavimus. Singulas lectiones, quod ingenue fatemur, delegimus sensu quodam iterata lectione informato et consuetudine perpetua exculto ducti, non regula subtili meditatione operose inventa — *artem* enim tractamus non *disciplinam* quo sensu hoc nomen usurpare solemus —. Templi sumus restauratores cuius lapides partim temporis iniuria exesi, partim hominum iniquitate deiecti in solo dispersi iacent. Accedentes in primis perscrutamur ideam architecti animo conceptam, aedificii formam, structuram, iuncturas; his demum omnibus bene perspectis restaurationis opus tuto aggredi et lapides proiectos e mente artificis suo quemque loco inserere possumus; ubi ita destructum est aedificium ut nullo modo architecti idea erui possit lusu quodam ingenii instauratur vel rudera intacta relinquuntur. Eodem modo et nos accedimus ad instauranda antiquitatis opera literaria; restituimus quae per subsidiorum conditionem ingeniique vires licuit; ubi omnia erant destructa rudera tantum conservare tutissimum duximus.

Nullam lectionem sine iusta ratione a nobis esse receptam facile, sic speramus, videbunt qui non per transennam tantum commentarium nostrum adspiciunt; aliis fortasse multis in locis aliae probabuntur rationes quibus nos applausum non denegabimus ubi veriora ab iis esse inventa persuademur. Ceterum rationes addere quibus ducti singulis in locis sic nec aliter ediderimus, non concessit instituti nostri conditio; apparatus criticus plerumque trutinae erit instar qua ponderentur rationes nostrae; de locis quibusdam copiosius infra exponetur.

De orthographia haec praemonenda videntur: quantum fieri potuit e codicum auctoritate rem transegimus; quum nullus librorum nostrorum in iota subscribendo sibi constet, sed alius interdum subscribat, alius plerumque, alius nunquam fere (ι adscripti unum latet vestigium VIII, 5. not. 48. in monstrosa codicis Ag lectione ἢ ἴσχυνεν), eam nobis praescripsimus regulam ut v. g. infinitivos in ᾶν, et perfectum 2 aoristumque verborum in αίνω, αίρω ubique sine ι subscripto edendum curaremus. Praepositionem ἐς, quod Porsonus iam voluit, constanter simplici vocali scripsimus quum magno consensu praeferant hanc formam codices et paucissimi tantum reperiantur loci in quibus

omnes εἰς exhibeant; vix enim ferri posse videtur, ut εἰςελθόντες ἐς et proximo fortasse versu ἐςελθόντες εἰς legatur, quum nemo facile tanta oscitatione scribat. — Ubique scripsimus Ὀλυμπικός, quam formam magno consensu longe plerisque in locis offerunt codices, in aliis variant; raro in Ὀλυμπιακός consentiunt; soli MVa hanc formam praeferunt. Iisdem rationibus ducti constanter Νέμεια probavimus per diphthongum; vix ullo enim in loco Νέμεα codicum omnium consensu legitur; Νέμια vero ducit ad Νέμεια. Diphthongum porro probavimus in Epaminondae et Chilonis nominibus. In Ἐπαμεινώνδας enim libro IV. consentiunt fere libri boni, in Boeoticis variant, ad Ἐπαμινώνδας tamen propensiores; nos constantiam tenendam duximus. De Chilonis nomine singulis locis videndum est. Num eadem constantia sectanda sit ubi variant dialecti ambigimus; verum quidem est nulla in re saepius errasse librarios quam in reddendis dialectorum formis, quare vel contra codicum auctoritatem formas genuinas nominibus esse restituendas ubi alio loco aliam probant codices, non sine veri specie suspiceris. Nec tamen facere ausi sumus quoniam haec diversitas atque inconstantia ab ipso operis auctore profecta esse potest. Eius generis sunt Στύμφαλος et Στύμφηλος; Δημοφῶν et Δαμοφῶν; Πρευγένης et Πρηυγένης; Σουματία, Σουμάτειον, Σουμητία; Συρακόσιος et Συρακούσιος; Λυκόσωρα et Λυκόσουρα, ubi Λυκόσορα invenimus, restituimus ω; et quae sunt similia. Variant porro codices et editiones in formis, quales sunt ἐπαύθη et ἐπαύσθη, ἐλαθῆναι et ἐλασθῆναι cet., ita quidem ut aliis in locis in alterutra forma consentiant, in aliis inter se differant. Idem fere dicendum de ἠρόμην et εἰρόμην; ἠδυνήθην et ἐδυνήθην. Non eadem ratio est in urbium nominibus quibusdam quarum variae formae aeque in usu fuisse videntur; ex hoc genere sunt Θέσπια, Θεσπιαί, Θεσπεία; Νέων, Νεῶνες (?), Νεῶναι; Τεθρώνιον, Τιθρώνιον; Πλάταια, Πλαταιαί et quae sunt reliquae. In his constantiam observandam non putavimus, sed e codicum auctoritate suum cuique formae locum reliquimus, quippe quae non a librariis sed ab ipso libri auctore profectae videntur.

Multa sunt nomina quae ab aliis simplici ab aliis geminato elemento exarantur. Nostris diebus in longe plurimis formam simpliciorem esse praeferendam satis demonstratum est; vi-

deantur v. g. Bernhardy ad Dionys. Perieg. 337. 440. ibique laudati, Dindorf ad Aristoph. Pac. 1040. Hemsterh. ad Lucian. Contempl. T. III, p. 387. Bip. Quare accedentibus plerumque codicibus constanter scripsimus *Κηφισός*, *Παρνασός*, *Κνωσός*, *Λάρισος* et *Λάρισα*, *Ἁλικαρνασός*, *Περμησός*, *Πρυμνησός*, *Κρῖσα*, *Ἄμβρωσος*. In Cassandri nomine *σ* geminatum conservavimus quum longe plerisque in locis codices consentire in hac forma videremus. Porro unanimi fere librorum manu scriptorum consensu edidimus *Γρῦλος* et non sine codicum assensu *Σελασία*, *Ἅρπινα* (*Ἁρπίνη*), *Κλέονις*, *Δίκτυνα* et *Ἐρινύς*; at constanter geminatis *ρ* et *ν*, *Χεῤῥόννησος*.

Versionem latinam adiecimus a Sylburgio et Siebelisio castigatam et recensioni nostrae adaptatam. Ut lectorum commoditati inserviremus in ipso contextu segmenta editionis Siebelisianae, in marginibus editionis Bekkerianae et paginas Kuhnianae indicavimus. Denique singulis capitibus argumenta praemisimus a Siebelisio confecta.

Quum subsidia Lugdunensia absoluto iam fere opere nobis transmitterentur sub censum denuo revocanda erat res; cui officio quamquam summa religione atque industria satisfacere indefesso studio conati sumus, non tamen omnes inaequalitates inde exortae removeri potuerunt; teneant itaque lectores ubi in priore operis parte (libro I et secundi parte maxima) codices Lugdunenses diserte non nominantur consentire eos cum Siebelisii editione minori. Fortasse alias etiam quasdam inaequalitates animadvertent lectores attenti, quas vel in summa concordia delere non potuimus tanto terrarum intervallo disiuncti; speramus tamen fore ut commoda consociati laboris multo maiora videantur quam incommoda quaedam minora haud facile removenda.

Librarii humanissimi laudem nolumus praedicare, ubi Hahnii nomen et liber ipse diserte satis loquitur.

Iam expositis subsidiis nostris et instituti ratione in universum, observationes de locis quibusdam subnectere placet quas recipere in commentarios non potuimus. — Mutilum et lacunosum esse Pausaniam multis in locis alii iam viderunt, multasque manifestas lacunas indicarunt; at multae adhuc latent quas nemo hucusque suspicatus est (quae res cautiores de-

bebat reddere eos qui in condemnando Pausania sibi placent), etiamsi luculentissima interdum adsunt indicia integros excidisse versus; frequentiora etiam sunt exempla ubi verba quaedam maculâ in codice unde nostri descripti sunt obducta vel chartâ corrosâ excisa vel denique librariorum incuria omissa sunt. Breviores has lacunas praesertim si quoquo modo indicatas deprehendimus, feliciter saepe et confidenter explere licet. Sic v. g. X, 24, 1. ubi consentiunt codices in monstro *Κυψέλου ἀκατειλόχητον Χηνέα*, ex ipso Platone haud dubium Mysonis nomen restituit Hartungus. Scribendum est enim *Κυψέλου [Μύσων]α κατείλοχε τὸν Χηνέα.* Est enim lacuna e genere earum quod VI, 17, 8. in codice M e *γυναικὶ Συρακουσίᾳ* procreavit *γυναικία.* — Versum integrum excidisse manifestum nobis videtur III, 16, 4. Legimus hic in libris impressis *καὶ Ἀθηναίῳ ἥρωϊ τῶν ὁμοῦ Δωριεῖ τῷ Ἀναξανδρίδου σταλέντων ἐς Σικελίαν.* Quis unquam de hoc Athenaeo heroë fando audivit Doriei in deducenda colonia consorte? Nemo certe neque de Athenaeo neque de heroë huius aetatis. Codices omnes habent *ἀθηναίων ῥω* (*ῥῶ, ρῶ, ῥωι*); quare non dubitavimus lacunam unius versus hoc modo indicare: *καὶ Ἀθηναίων . . . . . . ῥῳ τῶν ὁμοῦ κτλ.* — V, 1, 5. sic editur: *Ἡρακλεῶται δὲ ἐς Λάτμον τὸ ὄρος ἀποχωρῆσαί φασιν αὐτὸν* (Endymionem), *καὶ ἄδυτον Ἐνδυμίωνός ἐστιν ἐν τῷ Λάτμῳ.* Ieiuna quidem atque elumbis haec est oratio, quae tamen nemini facile lacunae suspicionem excitet; at quum codices optimi non *αὐτὸν καὶ ἄδυτον* exhibeant, sed *αὐτὸν μουσικαὶ ἄδ.*, cod. M adeo *αὐτὸν μουσι . καὶ ἄδ.*, quis est qui non videat excidisse versum? quem nos hunc fere in modum restaurandum censemus: *Ἡρακλεῶται δὲ ἐς Λάτμον τὸ ὄρος ἀποχωρῆσαί φασιν αὐτὸν [ἔνθα δὴ ἄλλα τε γέρα οἱ προσοικοῦντες ἅτε θεῷ αὐτῷ νέ]μουσι, καὶ ἄδυτον —.* VII, 13, 7. in editionibus cum nulla, ut videtur, offensione legimus: *πρὸς δὲ καὶ τῆς γῆς σφίσιν ἀσπόρου μεμενηκυίας, ὅμως τὰς σπονδὰς ὑπερβῆναι πείθει* (alii post *μεμενηκ.* collocant *πείθει.*). At si accuratius inspicimus locum mirum sane videtur non additam esse causam ob quam inculti iacuerint Spartanorum agri; auget suspicionem quod ante *ὅμως* MPcAgLabR alii alio spiritu inserunt *δι᾽ ἁς.* Nos versum excidisse opinamur hoc fere modo explendum collato segmento 4: *ἀσπόρου μεμενηκυίας δι[ὰ τὰς συνεχεῖς Δαμοκρίτου καὶ τῶν Ἀχαιῶν*

διαδρομὰς καὶ ἐκ τῆς χώρας ἁρπαγ]ὰς, ὅμως τὰς σπ. ὑπερβ. πείθει, s. *πείθει ὅμως κλ.* Est versus 61 literarum. Copiosius dicendum est de alio loco lacunis simul et corruptelis turbato (haud dubie iam in eo codice unde nostri exscripti sunt), quem misere mutilum alii iam viderunt. VI, 13, 5. sic in editione Bekkeri legimus: *Χιόνιδος δὲ οὐ πόῤῥω τῆς ἐν Ὀλυμπίᾳ στήλης καὶ ὅς ἕστηκεν ὁ Δούριος Σάμιος κρατήσας πυγμῇ παῖδας. τέχνη δὲ ἡ εἰκὼν ἔστι μὲν Ἱππίου, τοῦτο δὲ τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ τὸ ἐπ' αὐτῷ, νικῆσαι Χίονιν ἡνίκα ὁ Σαμίων δῆμος ἔφευγεν ἐκ τῆς νήσου, τὸν δὲ καιρὸν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα τὸν δῆμον.......* Pro *Χιόνιδος* MPcAgLab et R pr. man. habent *Χίονις*, pro *οὐ* PcAgLab *οὐδέ*; tum *στήλης καὶ ὅς ἕστηκεν* MPcAgLa, *στήλης καὶ ὅσας ἕστ.* Lb; in R *καὶ ὅς* expunctum, in reliquis omissum. Deinde *ἕστηκεν ὁ Δούριος Σάμιος* MVabPcAgLb; *ἕστηκε καὶ ὁ Δούριος Σάμ.* La; *ἕστηκε Δούριος ὁ Σάμ.* AXKFCS. Porro articulum ante *εἰκών* omittit La; tum *ἔστιν μὲν Ἱππίου* (*Ἱππείου* Ag) *τούτου δὲ ἐπίγρ.* MAg; *τοῦτο δὲ τὸ ἐπίγρ.* BPcLb; *τὸ δὲ ἐπίγρ.* edd. rell. Vab et omisso *δὲ* La. Mox *Χίονιν* MVabPcAgLab; „imo *τὸν Δούριος* quisquis est" observat Bekker; Sylburgius *Δοῦριν* coniicit; Siebelis omisso nomine asteriscum ponit. Post *καιρόν* inserunt *καθ' ὃν* MVabA. Inter *καιρόν* et *δῆμον* lacunam indicat Pa, post *δῆμον* Vab; lacunosum esse locum in margine adnotat R. Ex hac sola lectionis varietate misere tractatum esse locum luculenter patet. In *καὶ ὅς* pugilis latere nomen recte vidit Bekkerus; nos e *στήλης καὶ ὅς* eruimus *στήλης Σκαῖος*. Donarium Scaei pugilis Thebis vidit Herodotus, V, 60. Hunc Scaeum neque Hippocoontis filium fuisse, neque eo tempore pugilatu vicisse quo Samii ex insula Samo ab Ionibus expulsi sunt (circa 990 a. C.) non est quod moneamus; in eo acquiescimus, quod Herodotus Thebis, Pausanias in Alti vetustissimas Scaei cuiusdam pugilis imagines viderunt; quid de iis retulerint utrobique credulis viatoribus exegetae parum refert [a]). Si autem, quod dubium vix videtur, hoc loco sedem sibi debitam recuperavit Scaeus, etiam in sequentibus idem nomen, *νικῆσαι Σκαῖον ἡνίκα* restitui debet, quum Chionidem omnino ineptum et meram corruptelam nemo non videat, quod nominis intrusum a librariis qui codicem corruptum

---

a) De Hippiae aetate vid. C. O. Müller Archaeolog. p. 113. ed. 2a; cf. eiusdem comment. de Phidia p. 11.

quum legere non possent Scaei loco Chionidem oculis eorum et auribus praesentem substituerunt; nisi malis *Χίονιν* explicare e corrupto *Σκαῖον ἡν|ίκα*. Porro *ἔστι μὲν Ἱππίου* sibi postulat sequens *ἔστι δέ;* in loco ceteroquin non suspecto facile acquiesceremus in sequente *τὸ δὲ ἐπίγραμμα;* at hoc ipsum non sat firmis niti argumentis supra vidimus; accedit quod Pausanias notissimis etiam artificibus patris nomen et patriae addere solet; estne igitur verisimile artificis nomen ceteroquin ignoti sic nude ab eo esse positum? Quare quum in *τούτου, τοῦτο, τὸ δὲ* corruptelam haud ambiguam indicent codices, eorum vestigia secuti sic scribimus: *τέχνη δὲ ἡ εἰκὼν ἔστι μὲν Ἱππίου τοῦ * * * τὸ δὲ ἐπίγραμμα δηλοῖ τὸ ἐπ' αὐτῷ νικῆσαι Σκαῖον ἡνίκα.* — Excidit nomen patris, fortasse etiam patriae Hippiae, et nisi fallimur *ἔστι δὲ ...*? — quidquid id fuit, quo referatur sequens *ἐπ' αὐτῷ* quod aegre cum *ἡ εἰκών* coniungas. Maior est lacuna post *δῆμον* quam implere nemo facile ausit; suspicari tamen licet praeter relationem de Samiorum reditu (VII, 2, 8. 9. 4, 2 sq.) donarium quoddam Polycratis, Samiorum tyranni commemoratum fuisse, suam ipsius statuam, quod manifesto satis prodire videtur e verbis sequentibus *παρὰ δὲ τὸν τύραννον.* — Est locus IX, 19, 5. *πρὸ τοῦ ἀγάλματος τῶν ποδῶν τιθέασιν ὅσα ἐν ὀπώρᾳ πέφυκε γίνεσθαι· ταῦτα δὲ διὰ παντὸς μένει τεθηλότα τοῦ ἔτους,* planus omnino et ne minima quidem difficultate impeditus; quae quidem sequuntur sunt salebrosa et luxata, at nostro loco nemo facile haerebit; quare mirari subit, unde codices MVaPcAgLbR habeant lectionem *πέφυκεν ἡ γέφυρα διὰ παντός.* Versamur eo ipso loco ubi Euboea cum Boeotia ponte iuncta erat. Quid? num est credibile Pausaniam silentio praetermisisse magni moliminis illud opus? Nobis quidem non fit verisimile, quin imo nobis persuademus scriptorem accuratum hoc loco de ponte illo egisse cuius tamen descriptio vel certe commemoratio temporis iniuria eo usque deleta est ut nihil nisi leve indicium lectione monstruosa conservatum sit. Nolumus reticere quod praeterea hoc loco in mentem nobis venerit. Stephanus enim Byzantinus s. v. Tamyna haec habet: *Τάμυνα πόλις Ἐρετρίας.* — *ἐξ αὐτοῦ λέγεται καὶ Ταμυναῖος· οὕτω γὰρ ὁ Ζεὺς ἐν αὐτῇ τιμᾶται. Παυσανίας ἐνδεκάτῳ* (*ια*, alii *ἐν δεκάτῳ*) *περιηγήσεως.* Haec Iovis Tamynaei commemoratio neque libro undecimo, qui nullus est, neque

tam; quare merito uncis sepsit Siebelisius; fortasse eiicienda erant verba. — V, 10, 3. editur: *ὕψος μὲν δὴ, αὐτὸ τοῦτο ἐς τὸν ἀετὸν ἀνῆκον, εἰσίν οἱ ὀκτὼ πόδες καὶ ἑξήκοντα.* Multi in hoc loco iam offenderunt; Siebelisius ut solet interpretando rem expedire conatur; Bekkerus pro *τοῦτο* scribendo *τὸ* difficultatem tollere sibi videtur; nobis non item. Scripserat librarius quidam *ὕψος μὲν δὴ αὐτὸ τὸ ἐς;* alius errorem animadvertens ultimam syllabam vocis *αὐτό* correcturus suprascripsit *τοῦ;* id alii una cum corrigendo recipientes excuderunt *αὐτὸ τοῦτο ἐς.* Scribendum igitur *ὕψος μὲν δὴ αὐτοῦ τὸ ἐς;* suppetias it La, qui habet *ὕψος* (est nominativus absolutus) *μὲν δὴ αὐτοῦ ἐς.* — VI, 20, 18. codices et edd. antiquiores habebant: *ἠξίου δὲ οὗτος Αἰγυπτίους εἶναι μὲν Ἀμφίονα εἶναι δὲ καὶ τὸν Θρᾷκα Ὀρφέα μαγεῦσαι δεινόν,* quae quam sint inepta nemo non videt; quare Hartungus quem sequuntur Sylb. FCSB (B. addito articulo) *Αἰγύπτιος* restituit. Rem omnino expedit La in quo *αἰγύπτίουσος* (sic) legitur, unde videmus, per errorem scriptum fuisse *αἰγυπτίους;* vitio animadverso supra *ους* librarius scripsit *ος,* accentu mutato; qui codicem La exaravit utramque lectionem conservato utroque accentu copulavit, reliqui in reddenda vitiosa lectione *αἰγυπτίους* perseverarunt. — VI, 15, 7. libri manu scripti et impressi consensu magno offerunt: *οὗτοι δὲ οἱ Παλεῖς ἐκαλοῦντο Δουλίχιοι εἰς τὰ ἀρχαιότερα,* quo in loco neminem offendisse miramur; ubi tandem Pausanias sic dixit *εἰς τὰ ἀρχαιότερα*? ubi invenitur forma *Δουλίχιοι*? Stephanus Byzantinus certe s. v. *Δουλίχιον* sic habet: *ὁ πολίτης Δουλιχιεὺς καὶ Δουλιχιώτης ἀπὸ τοῦ Δουλιχίη κατὰ τροπὴν καὶ Δουλιχιήτης καὶ Δουλιχίς;* nihil de *Δουλίχιος;* recte quidem, ut ex *Ἴλιον* fit *Ἰλιεύς,* e *Βιθύνιον* — *Βιθυνιεύς,* ex *Ἰκόνιον* — *Ἰκονιεύς* rell., sic e *Δουλίχιον* — *Δουλιχιεύς* et haec forma restituenda est Pausaniae; scribendum enim *ἐκαλοῦντο Δουλιχιεῖς τὰ ἀρχαιότερα; εἰς* nihil aliud est quam correctura terminationi -*οι* suprascripta et cum corrigendo simul in versum recepta. — VII, 19, 2. codd. MPcVnAg habent *ἐθέλουσαν ἀνάγεσθαι;* id correxerunt Abresch. Cor. Siebelis *ἐθέλουσαν ἄγεσθαι;* erroris causam aperiunt VaLab, qui

αν
ἐθέλουσα ἀνάγεσθαι (= *ἐθέλουσα ἄγεσθαι*) habent. — Duas lectiones copulatas suspicamur VIII, 30, 7. ubi *συστρατεύσασι*

(στρατεύσασι La) varia lectio ad μαχεσαμένοις esse videtur. — Memorabilis est locus IV, 12, 1. ubi recte nunc legimus γαῖαν Μεσσηνίδα; edd. ante Clav. et codices quidam habent λίαν, Pc σαιλίαν (quod monstrum in Lb in σελίαν deformatum nihil aliud est quam λίαν suprascripto γαι; librarius Γ confundens cum C et correcturam in versum recipiens inde sibi finxit σαιλίαν); his non contentus *tres correcturas* copulavit Ag, σελίδα ἂν λίαν, quod sane nimium videtur. — Aliud exemplum habemus in loco saepius tentato II, 19, 2, qui tamen non uno articulo corruptus est: Μέλταν δὲ τὸν Λακίδεω (Λακίδου B.) τὸν ἀπόγονον Μήδωνος τὸ παράπαν ἔπαυσεν ἀρχῆς καταγνοὺς ὁ δῆμος. Iam quod attinet ad Lacidae nomen, tenendum est in nullo quantum videmus codice neque Λακίδεω, neque Λακίδου inveniri et mira sane est ionica illa forma in nomine Argivo. Codices variant inter Λακυδούδεα (La), Λακηδουδέα (MLb) et Λακηδούδεα (Vab Ag), quas formas monstruosas ad veram lectionem perducere nobis persuademus. Videmus enim tres lectiones coaluisse in unam (loquimur autem de solo nominis exitu), nimirum Λακήδου, Λακήδεω, Λακήδα; — $\overline{\delta\epsilon\omega}$ est in A, $\overline{\delta o\upsilon}$ tacite dedit B, quod in Pc invenisse videtur. Nobis unice probatur Λακήδα quae forma tanquam dorica maxime convenire videtur homini Argivo et omnium facillime a librariis delebatur. Scribendum vero nomen per η, quod C. O. Müller Dor. I, 109. iam voluit, neque vero per ι, neque per υ, probat codicum auctoritas et Herodotus qui VI, 127. forma ionica Λεωκήδης appellat, Phidonis filium, Argivorum regem. Quamvis enim non adsentimur Wyttenbachio ad Plut. quomodo quis ab inimicis etc., p. 625., Lacedam (Lacidam, Lacydam) nostrum et Leocedem Herodoti eundem esse et apud Pausaniam Μήδωνος nomen pro Φείδωνος irrepsisse putanti (Herodotus enim Leocedem Phidonis *filium* nuncupat; de Medonis *filio* vero nihil habet Pausanias), inde tamen perspicimus, in stirpe regum Argivorum Lacedae nomen in usu fuisse. At nondum sanus est locus; offendimus in Μέλταν δὲ τὸν Λακήδα τὸν ἀπόγονον Μήδωνος; ubi tandem Pausanias sic locutus est? Nusquam, putamus; non a Medone descendere Meltam, sed quo gradu ab eo descenderit narravit Pausanias. Nobis certe haud ambiguum videtur, τὸν ante ἀπόγονον nihil aliud esse quam exitum nominis numeralis, quisquis

ipsa illa Camana duae urbes inter se certabant penes utram sit deae signum, quare difficiles non erimus in recipiendis etiam Cappadocibus ponti Euxini accolis, qui maximo adeo iure genuinum illud signum sibi vindicare potuisse videntur. — I, 3, 2. refert Pausanias Evagoram Cypriorum regem effecisse, ut Artaxerxes Cononi Phoenissas traderet triremes, *ἔπραξε δὲ ὡς Ἀθηναῖος καὶ τὸ ἀνέκαθεν ἐκ Σαλαμῖνος;* ob duplicem igitur fecit rationem, primo tanquam Atheniensis, deinde quoniam gentis suae primordia ad Salamina referebat. Quae quomodo cohaereant haud facile perspicitur. Quo enim iure Atheniensem se nominavit Evagoras? Non alio titulo quam eo ipso quod e Salamine eius gens erat oriunda; quare eiecto importuno *καί* scribendum est *Ἀθηναῖος τὸ ἀνέκαθεν ἐκ Σαλαμῖνος.* — VI, 23, 2. legimus: Antiquum Elide est gymnasium in quo antequam in Olympiam descendant omnia facere solent athletae quae ex more maiorum instituta sunt. In hoc septo curriculi sunt, *χωρὶς μὲν δὴ ἐς ἅμιλλαν τῶν δρομέων* (sic enim e Siebel. coniectura pro *δρόμων* legendum videtur) *ἐστὶν ἀποκεκριμένος δρόμος — ὀνομάζεται δὲ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ἱερός — χωρὶς δὲ ἔνθα ἐπὶ μελέτῃ δρομεῖς καὶ οἱ πένταθλοι θέουσιν.* Callidum Eleorum inventum, qui duos instituerunt curriculos in quorum altero cursores, in altero cursores et quinquertiones se exercerent, ne confunderentur scilicet certaminum genera! At placeat haec calliditas quibus fert animus; nos deleto *καί* scribimus *δρομεῖς οἱ πένταθλοι;* in altero curriculo decurrebant qui stadio palmam quaerebant, in altero qui quinquertium exercebant; non eodem enim modo utrique currebant. — X, 29, 1. *τῶν δὲ ἤδη μοι κατειλεγμένων εἰσὶν ἀνώτεροι τούτων ἱερεῖα καὶ οἱ ἑταῖροι τοῦ Ὀδυσσέως Περιμήδης καὶ Εὐρύλοχος φέροντες.* Haec non scripsit Pausanias; sed invito intruserunt *καί* post *ἱερεῖα,* quo eiecto placide procedit oratio; pro *ἀνώτεροι* rectius fortasse scribimus *ἀνωτέρω.* — VI, 12, 7. *Θεόχρηστον δὲ Κυρηναῖον — — καὶ αὐτόν τε ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ ἔτι πρότερον τὸν ὁμώνυμόν τε αὐτῷ καὶ τοῦ πατρὸς πατέρα — τούτους μὲν ἐνταῦθα ἵππων νίκας, ἐν δὲ Ἰσθμῷ τοῦ Θεοχρήστου λαβεῖν τὸν πατέρα τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ τὸ ἐπὶ τῷ ἅρματι.* Quis haec intelligit? Siebelisius nihil de hoc loco dicit, nisi „ergo avus, filius et nepos habuerunt nomen Theochresti.“ Audimus, at non intelligimus; utinam viro doctis-

simo placuisset docere quomodo hic sensus Pausaniae verbis inesse possit, quod nos quidem plane fugit. Tres videmus generationes; nepos et avus pro more cognomines Olympiae de equorum cursu tulerunt palmam; pater cuius nomen ignoramus ludis Isthmicis. Haec haud dubie Pausanias dicere voluit, at librariorum culpa non dixit; restituimus Pausaniae verba sic scribendo: *καὶ ἔτι πρότερον τὸν ὁμώνυμόν [τε] αὐτῷ τοῦ πατρὸς πατέρα — τούτους μὲν κτλ.*; *τε* utcunque possit defendi, melius tamen abest. —

Compendium quo *καί* exarare solent librarii quod ad formam attinet proxime accedit ad *ὅ*, praesertim ubi spiritus et litera uno ductu scribuntur, et ad-*ς* finale, quo non raro confusiones exortae sunt; sic v. g. VII, 7, 7. variant codices inter *ὁ λόγος καὶ ἐν τῇ* et *ὁ λόγος ὁ ἐν τῇ*. — VI, 3, 9. pro inepto *πλησίον δὲ τοῦ Ἀντιόχου καὶ Ὕσμων οὗτος ἕστηκε* scripsimus *ὁ Ὕσμων οὗτος*; fortasse eadem confusio est III, 16, 7, ubi *καί* ante *Ὀρέστης* quod expungunt Clav. Siebel., uncis notat Bekk. in *ὁ* mutandum videtur; amat enim Pausanias hoc modo primo nomini substantivo addere articulum, eumque omittere in sequentibus. — Addimus exempla quaedam — *ς* finalis cum articulo confusi; (passim invenimus *ποταμοῖς* pro *ποταμοῖο*, *αἰγιόχοις* pro *αἰγιόχοιο*. —) VI, 21, 4. *κατὰ ταύτην τὴν ἐπώνυμον τοῦ λῃστοῦ δειράδα ποταμὸς κατιὼν ἐς τὸν Ἀλφ. κτλ.*; desideratur articulus ad *ποταμός*, quem eruimus e scriptura codicis Va *δειράδας*. — X, 31, 8. in loco ceteroquin etiam salebroso legimus in codd.: *ὑπὲρ δὲ τὸν Σαρπηδόνα τε καὶ Μέμνονα, ἔστιν ὑπὲρ αὐτοῦ ὁ Πάρις.* Facius pro *αὐτοῦ* scribendum esse *αὐτούς* vidit; secuti sunt SB, quorum hic articulum sequentem uncis sepsit; at articulus nihil aliud est quam id ipsum — *ς* finale quod desideramus, quare confidenter scripsimus *ὑπὲρ αὐτοὺς Πάρις.* —— Ut redeamus ad *καὶ* male additum, VI, 15, 2. pro corrupto editionum veterum et codicum *ἄφεσιν καὶ τούτοις γενέσθαι. καὶ δι' αὐτὸ οὗτος ἀνείλετο* — Siebelisius eumque secutus Bekkerus ediderunt *ἄφεσιν καὶ τούτοις γενέσθαι δι' αὐτοῦ. οὗτος —*; nos e La scripsimus *καὶ τούτοις γενέσθαι δι' αὐτόν. οὗτος —*. Aliis in locis *καί* male omittunt codices; sic IV, 16, 4. legimus: *ἐς ὃ πᾶσαν τῶν Λακεδαιμονίων τὴν τάξιν καὶ αὐτῶν τῶν συμμάχων συνέχεε.* Buttmannus *καὶ αὐτῶν καὶ τῶν συμμ.* suspicatus est; quod quum offerat Lb recipere

non dubitavimus. — Sed haec de unius particulae corruptelis sufficere videntur; exempla plura praebet commentarius.

Saepe peccatum est a librariis in articulis vel perperam additis vel negligentia omissis; utriusque rei exempla haud ita rara. Sic III, 2, 2. legimus τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ; quum Pausanias omnibus aliis in locis, et sunt innumeri, οἱ ἐν ἡλικίᾳ dicere soleat, etiam hic τῇ eiiciendum videtur. In aliis Pausaniae ipsius usus non satis constans fuisse videtur; sexcenties enim dicit ἐν ὑπαίθρῳ (nunquam ὑπαιθρίῳ, cf. Lobeck ad Phrynich. p. 252. Schaefer ad Lamb. Bos. de Ellips. p. 484); quinquies sexiesve fortasse, addito plerumque genitivo ἐν τῷ ὑπαίθρῳ, ut ἐν τῷ ὑπαίθρῳ τῆς ἀγορᾶς VI, 24, 3. VI, 24, 6. IX, 5, 14. ἐν τοῦ γυμνασίου τῷ ὑπαίθρῳ X, 8, 8; diversa tamen ratio videtur V, 15, 5, ubi post ὑπαίθρῳ distinguendum est quum genitivus τῆς ἀφέσεως ad sequens potius μέσον, quam ad praecedens ὑπαίθρῳ referendus sit. — VI, 21, 4. legimus ᾠκοδομήθη ἐπὶ τοῦ ὑψηλοῦ. Clavierius τόπου inserendum Bekkerus τοῦ in τόπου mutandum censent; nobis si quid mutandum articulus expungendus videtur; sic v. g. IV, 34, 8. κεῖται τὸ πόλισμα ἐπὶ ὑψηλοῦ; X, 37, 3. κεῖται ἐπὶ ὑψηλοῦ ἡ Βοῦλις; VIII, 39, 5. κεῖται ἡ Φιγαλία ἐπὶ μετεώρου; X, 38, 8. κεῖται τὸ πόλισμα ἐπὶ ὑψηλοῦ; Στιρίταις δέ ἐστιν ἐπὶ ὑψηλοῦ καὶ πετρώδους ἡ οἴκησις. Exempla cumulare nolumus, sufficere videntur quae protulimus.

Libro VI, 15, 4. Bekkerus e Siebelisii coniectura recepit: παγκρατίου μὲν οὖν μιᾷ πρὸς ταῖς τεσσαράκοντα καὶ ἑκατὸν ὀλυμπιάδι ἔφθανεν ἀνῃρημένος νίκην. Articulus ταῖς ab omnibus abest codicibus. Verum quidem est longe plurimis in locis articulum addi a Pausania - ἐπὶ ταῖς, - μετὰ τὰς, - πρὸς ταῖς (πρὸς τὰς VI, 9, 4.); exempla ubivis obvia nolumus recensere; at si nostro loco inserimus articulum, quomodo silentio praetermittere poterimus X, 36, 9. ὀλυμπιάδι τῇ πρώτῃ μετὰ δέκα καὶ διακοσίας? et X, 23, fin. δευτέρῳ ἔτει τῆς πέμπτης ὀλυμπιάδος ἐπὶ εἴκοσι καὶ ἑκατόν? Num utroque loco inserendus est articulus? Quid faciemus X, 7, 7; ubi legimus τρίτῃ δὲ Πυθιάδι ἐπὶ ταῖς εἴκοσι, et tribus versibus post: ὀγδόῃ ἐπὶ τεσσαράκοντα Πυθιάδι? Simile est τὴν ἐνάτην ἐπὶ δέκα τοῦ ἐλαφίου μηνός V, 13, 11. — Solet Pausanias nominibus numeralibus addere accusativum absolutum ἀριθμόν sine articulo; sic VI, 19, 7. θώρακες λινοῖ τρεῖς

ἀριθμόν; VI, 26, 1. *λέβητας ἀριθμόν τρεῖς*; VII, 6, 1. *δύο τε καὶ δέκα ἦσαν ἀριθμόν*; VII, 15, 7. *ἐς ἑξακοσίους μάλιστα ἀριθμὸν ἱππεῖς*; V, 9, 6. *ἐς ὀκτὼ ἀριθμὸν φυλῶν*; VIII, 32, 2. *ἀγάλματα ἀριθμὸν τρία*; VI, 5, 7. *ἄνδρας ἀριθμὸν τρεῖς* rell. Uno tantum, ni fallimur, loco VI, 19, 4. legimus *δίσκοι τὸν ἀριθμὸν τρεῖς*, duobus X, 8, 4 (bis) *τριάκοντα ἀριθμῷ* et *ἓξ ἀριθμῷ*; num haec inconstantia ferenda? — Similem inconstantiam in eo deprehendere nobis videmur, quod quamplurimis in locis *ἐςπλέον*, sine articulo, sive absolute id sit positum, sive cum genitivo coniunctum, usurpat Pausanias, ut VII, 12, 7. VII, 21, 13. VIII, 5, 9. VIII, 28, 3. VIII, 42, 7. VIII, 50, 9. VI, 4, 10. IX, 23, 3. Uno, ni fallimur, loco VII, 7, 2. editiones antiquiores habebant *ἐς τὸ πλέον*, ubi nunc codicum auctoritate expunctus est articulus.

Aliis multis in locis articulus male obliteratus est; quem nos saepe partim e codicum auctoritate, partim e coniectura restituere conati sumus; at non pauci restant loci ubi analogia et constans usus loquendi articulum poscere videtur sive a voce praecedente absorptum, sive negligentia omissum. Ne desint exempla ex innumeris quaedam apponimus. V, 5, 7. legendum videtur *μέτεστι δὲ καὶ ἔργων τῶν κατὰ τὴν Μήδων ἐς τὴν Ἑλλάδα ἔφοδον*. V, 10, 5. *ἀνάθημα στρατηγοῦ Ῥωμαίων Μομμίου τοῦ κρατήσαντος Ἀχαιῶν*. VII, 6, 5. *μετασχεῖν ἔφασκε τοῦ ἔργου τοῦ περὶ Λαμίαν*. VII, 9, fin. *χάριτι τῇ ἐς Ῥωμαίους* (ut v. g. III, 9, 12. *χάριτι τῇ ἐς Θηβαίους*.) IV, 26, 2. *ἐπεὶ δὲ τὸ πταῖσμα ἐγένετο τὸ Ἀθηναίων ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς* (ut v. g. VIII, 27, 8. *τὸ πταῖσμα ἐγένετο Λακεδαιμονίων τὸ ἐν Λεύκτροις*); IV, 26, 3. *ἐν Μεσσήνῃ τῇ πρὸς πορθμῷ*; VIII, 30, 8. *παύσειεν αὐτοὺς ὀργῆς τῆς ἐς τὸ Ἑλληνικόν*; IX, 35, 6. *ὑπὲρ τῶν ἀγαλμάτων τῶν χρυσῶν*; IX, 38 init. *τὰ δὲ ἀγάλματα τὰ σὺν κόσμῳ πεποιημένα*; X, 12, 10. *αἱ Πέλειαι αἱ παρὰ Δωδωναίοις*; X, 18 fin. *ὠμότητος τῆς ἐς Καλλιέας*. Negligentia librariorum obliteratus videtur articulus locis sequentibus: V, 11, 9. *ἢ τοῖς ἰδοῦσι παρέστηκεν ἡ ἐς τὸ ἄγαλμα δόξα*; IV, 26 fin. *καὶ τοῦτο ἦν ἡ παρακαταθήκη* (coll. cap. 20, 4.); VII, 27, 11. *ποταμοὶ δὲ ἐκ τῶν ὀρῶν κατέρχονται τῶν ὑπὲρ τὴν Πελλήνην*; VIII, 20 init. *τὸ ὕδωρ τὸ λιμνάζον* (ut c. 13, 4. c. 14, 1. c. 18, 4. c. 23, 2.); VIII, 33 fin. *γενέσθαι τὴν συμφορὰν*; multisque aliis in commentario a nobis indicatis.

Corruptelas quas hucusque tractavimus maxima ex parte librariis debemus vel ignorantibus vel negligentibus; sequitur peius genus earum quae a librariis sciolis profectae sunt, qui quod non intelligebant mutare, corrupta suo more restaurare solebant, non ubique satis dextre. Accuratius examinemus aliquot locos. III, 19, 2. codices optimi consentiunt in *μέγεθος δὲ αὐτοῦ μέτρον μὲν οὐδένα ἀνευρόντα οἶδα, εἰκάζοντι δὲ κτλ.*; deterioris notae codices habent *μέτρῳ* (quod retinuit B.), in *μέγεθος* omnes consentiunt; *μεγέθους δὲ αὐτοῦ μέτρον* cum Clav. edidit Siebel. Sic corruptela corruptelam trahit. Nos Pausaniam sic scripsisse putamus: *μέγεθος δὲ αὐτοῦ μετρούμενον οὐδένα οἶδα.* Si accentus non habemus rationem *μέτρον μὲν* et *μετρούμενον* si scripturam spectas vix differunt; solemne syllabae ου compendium (῾) a librario pro accentu acceptum necessario *μέτρον μὲν* procreavit. Iam quum *μέγεθος* unde pendeat non haberet, de suo librarius inseruit *ἀνευρόντα*; at nondum expedita erat res; nam *μέτρον* nunc non habet quo referatur; quid multa? mutatum est in *μέτρῳ*; et quid profecimus his quasi correcturis? Salebrosus manet locus. Nostra coniectura omnia expedire videtur. — VIII, 35, 2. *ὅροι Μεσσηνίων πρὸς Μεγαλοπολίτας καὶ οὗτοι, καὶ ἀγάλματα οὐ μεγάλα Δεσποίνης τε καὶ Δήμητρος· ἔστι δὲ καὶ Ἑρμοῦ, πεποίηται δὲ καὶ Ἡρακλέους. δοκεῖν δέ μοι —.* Sic Pausanias non scripsit. Conqueruntur de salebrosa Pausaniae dictione; conqueramur potius de salebrosis librariorum correcturis. Genuinam Pausaniae restituimus lectionem: *καὶ ἀγάλματα οὐ μεγάλα Δεσποίνης τε καὶ Δήμητρος, ἔτι δὲ καὶ Ἑρμοῦ πεποίηται καὶ Ἡρακλέους.* Postquam *ἔτι* abierat in *ἔστι,* quae confusio est frequentissima, virgula post *Ἑρμοῦ* erat necessaria; posita virgula, post *πεποίηται* particula *δὲ* inseri debebat; sic vitium e vitio pullulare solet. Dici autem non potest quam saepe perversa distinctio conturbaverit integras enuntiationes, et quot particulas *δέ* virgulis male positis debeamus, aut insertas aut loco alieno collocatas. Exemplum fortasse habemus hoc ipso capite, segmento 7: *Παρωρεὺς — Παρωρίαν ἔκτισεν ἀπέχουσαν Ζοιτίας σταδίους δέκα. ἔρημοι δὲ καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν ἀμφότεραι. μένει δὲ ἐν Ζοιτίᾳ Δήμητρος ναὸς καὶ Ἀρτέμιδος, οἳ καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν. ἐρείπια δὲ πόλεων καὶ ἄλλα, Θυραίου μὲν κτλ.* Haec non esse sana in oculos incurrit. Aliquot

lineis ante Pausanias dixerat: *μένει δὲ αὐτόθι καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι — Ποσειδῶνος ἱερόν*, id quidem recte; at *ἔρημοι καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν* nemo sanus facile dixerit; possis fortasse restituere *ἔρημοι κατ' ἐμὲ ἦσαν*. At quis haec feret *μένει ναὸς οἳ καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν*, quae nihil aliud significare videntur quam „aedes superstes est quae adhuc superstes est;" et quam bene sibi respondent *ναὸς οἳ* — ! Ut subveniremus Pausaniae laboranti olim conieceramus *μένει δὲ ἐν Ζ. Δήμητρος ναὸς καὶ Ἀρτέμιδος καὶ ἐς ἐμέ· ἦσαν δὲ ἐρείπια πόλεων καὶ ἄλλα κτλ.* Confirmat quodammodo La, qui *οἳ καὶ ἐς ἐμὲ* omittit et colon habet post *ἦσαν*. Quomodo recepta hac distinctione loco suo decedere et in alium migrare debuerit particula *δὲ* facile perspicitur; at offendit in *ἦσαν* non tam imperfectum (quod aeque familiare est Pausaniae hoc sensu ac praesens), quam pluralis qui quamvis eo colore fortasse defendi potest, quod plurium urbium recensentur rudera, habet tamen quod displiceat. Fortasse *οἳ καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν* tanquam e praecedentibus male repetita sunt eiicienda; fortasse inter *Ἀρτέμιδος* et *οἳ* latet lacuna; at merae hae sunt coniecturae quibus nolumus immorari meliora ab aliis exspectantes. — Alium locum particula *δέ*, ob distinctionem perversam male inserta, turbatum sanavimus; VIII, 32, 2. *τὸ δὲ τῶν Μουσῶν Ἀπόλλωνός τε ἱερὸν καὶ Ἑρμοῦ κατασκευασθέν σφισιν ἐν κοινῷ· παρείχετο δὲ ἐς μνήμην θεμέλια οὐ πολλά.* Colon post *κοινῷ* sequenti *δέ* originem dedit; nos utrumque delevimus; postea La emendationem nostram confirmavit. — II, 38 fin. editiones ante Facium a quibus noluit se seiungere Siebelisius, sic habent: *ἑστήκασι δὲ ἐπὶ τοῖς ὅροις Ἑρμαῖ λίθου, καὶ τοῦ χωρίου τὸ ὄνομα. ἔστι δὲ ἀπ' αὐτῶν ποταμὸς καλούμενος Τάνος. εἷς γὰρ δὴ οὗτος ἐκ τοῦ Πάρνωνος κάτεισι ῥέων διὰ τῆς Ἀργείας, καὶ ἐκδίδωσιν ἐς τὸν Θυρεάτην κόλπον.* Varias virorum doctorum coniecturas vide in commentario; codices non recedunt a libris impressis, nisi quod meliores post *ποταμός* inserunt *δέ*; alterum illud *δέ* post *ἔστι* originem suam recta linea deducit ab interpunctione post *ὄνομα*, et laudandus Bekkerus quod e Facii ex parte coniectura edidit: *τὸ ὄνομά ἐστιν ἀπ' αὐτῶν. ποταμὸς δὲ Τάνος.* At nondum sanus est locus; perversa distinctio plures procreavit corruptelas. Nos sic restituimus locum: *ποταμὸς δὲ καλούμενος Τάνος (εἷς γὰρ δὴ οὗτος ἐκ τοῦ Πάρνωνος κάτεισι) ῥέων διὰ τῆς Ἀργείας ἐκδίδωσιν ἐς τὸν Θυρεάτην*

κόλπον. — VIII, 39, 5. *κεῖται δὲ ἡ Φιγαλία ἐπὶ μετεώρου μὲν καὶ ἀποτόμου, πλέονα δὲ καὶ ὑπὸ τῶν κρημνῶν ᾠκοδομημένα ἐστὶ τείχη σφίσιν*. Sic editiones omnes; *δὲ* vero post *πλέονα* a librario quodam sciolo, qui ob praecedentem virgulam novum colon incipere putavit, Pausaniae obtrusum est; omittunt VabPcAgLab; quare nos respicientes c. 14, 4. X, 34, 7. X, 35, 8. aliosque locos reposuimus *μετεώρου μὲν καὶ ἀποτόμου τὰ πλέονα, καὶ ἐπὶ τῶν κρημνῶν*. — Locum implicatissimum manu correctrice haud dubie corruptum habemus VII, 17, 2, in quo restituendo vel explicando frustra desudasse videntur critici et interpretes. In codicibus nihil subsidii; nam praeter varietatem *Λακεδαιμονίοις* (LaPcd) et *Λακεδαιμονίους*, et *εὐθύ*, *εὐθύς* inter se et cum editionibus consentiunt. In *Λακεδαιμονίοις* agnoscimus manum correctoris ab *ἐγένετο* id pendere putantis; hoc ipsum vero *ἐγένετο* interpolatum et item a correctore ave sinistra insertum videtur. Si enim, quod plerumque factum invenimus, plenius distinguitur post *ὁ Θηβαῖος*, quae sequuntur necessario sibi postulant verbum finitum; ad *αὖθις ὁ Ἀχαιῶν πόλεμος* ultro quasi se offert *ἐγένετο*; iam quum non statim appareret ob parenthesim intermediam, unde pendeat accusativus *Λακεδαιμονίους*, alii *Λακεδαιμονίοις* scripserunt, alii, ut Sylburgius, *ἐσίνετο* corrigendum esse suspicati sunt. At manet locus salebrosus, quare nos, quod Siebelisio etiam in mentem venit, uncis notavimus *ἐγένετο*, utpote ab interpolatione profectum; reliqua vero sic disposuimus: *καθαιρήσειν (κατέσκηψε — μήνιμα), Λακεδαιμονίους δὲ Ἐπαμεινώνδας ὁ Θηβαῖος καὶ αὖθις ὁ Ἀχαιῶν πόλεμος. [ἐγένετο] ὅτε δὴ καὶ μόγις, ἅτε — πλείονα, ἀνεβλάστησεν ἐκ τῆς Ἑλλάδος τὸ Ἀχαικὸν, καὶ αὐτὸ ἡ κακία τῶν στρατηγησάντων ἐκόλουσεν ἔτι αὐξανόμενον*. Sic *periodus* bene procedit; at restat difficultas haud minima, *ἅτε ἐκ δένδρου λελωβημένου καὶ εὐθὺς τὰ πλείονα*, quae verba sensu carere videntur, nos certe non perspicimus quid Siebelisius sibi velit *καὶ εὐθύς* vertendo: „et quidem simul." Loco mederi alii aliter conati sunt; Kuhnius et Coraes transpositione verborum (ultimum desperationis confugium, et nunquam probandum nisi ubi transpositionis causa adest manifesta); Bekkerus et Buttmannus mutatione; quorum ille quidem pro *καὶ εὐθύς* (in his enim verbis procul dubio latet corruptela) reponere velit *ἐφθικότος*, hic *καὶ αὖον*. Quae mutationes tantum

absunt ut verae videantur, ut si alterutera in codice quodam inveniretur, medela quaerenda esset. Quid enim violentis illis correcturis assecuti sumus? Nihil nisi imaginem mutilam, sensum ineptum, enuntiationem falsam. Quis est enim qui non videat imaginem esse mutilam si dicimus: „foedus Achaicum surrexit e Graecia ut ex arbore detruncata et intermortua plerumque?“ Ut silentio praetermittamus ex arbore quidem detruncata, nunquam vero ex arida et emortua surgere sarmenta. Quid multa? Scribendum est: *ὅτε δὴ καὶ μόγις, ἅτε ἐκ δένδρου λελωβημένου κληματὶς τὰ πλείονα, ἀνεβλάστησεν ἐκ τῆς Ἑλλάδος τὸ Ἀχαϊκόν* — Sic omnia egregie procedunt; imago est aptissima et verba ad amussim sibi respondent. Proxime ad sensum nostrum accedit Amasaeus, qui sic vertit: „quasi ex intermortua materie redivivum sarmentum.“ —

Dabamus Castelli Cattor. et Tubingae, mense Augusto anni 1837.

SIGLA EDITIONUM ET CODICUM.

A = editio Aldina.
X = „ Xylandro - Sylburgiana.
K = „ Kuhnii.
F = „ Facii.
C = „ Clavierii.
S (mai. min.) = editio Siebelisii maior, minor.
B = ed. Bekkeri.
Vab = cod. Vindobon. primus, secundus.
Ag = cod. Angelicus.
M = cod. Mosquensis.
Lab = codd. Lugdunenses duo.
Pabcd = codd. Parisini quattuor.
Pc* = cod. Paris. c. a nobis denuo inspectus.
Phral. = cod. Paris. Phralitae.
R = cod. Riccardianus.
Fab = codd. Florentini (Medicei) duo.
Vn = cod. Venetus.
N = cod. Neapolitanus.
Vt = cod. Vaticanus.
Mo = cod. Monacensis.
Am. = Amasaei versio.
Cald. = Calderini versio.
Cor. = Coraes.
Reisk. Hemsterh. Palm. Ms. indicat observationes horum virorum ad margines exemplarium Lugdunensium.

Ut ubi diserta codicum desideratur enumeratio e silentio argumentari possint lectores, tenendum est, codices Vindobonenses, Angelicum, Venetum, Riccardianum collatos esse cum editione Bekkeri; codicum Lugdunensium libros quinque cum Siebelisii editione minore; Mosquensem cum ed. Kuhniana.

ΠΑΥΣΑΝΙΟΥ

ΕΛΛΑΔΟΣ ΠΕΡΙΗΓΗΣΕΩΣ

ΑΤΤΙΚΑ.

ATTIKA SEU LIB. I.[1]

CAPUT I.

De Sunio, Laurio promontoriis — Piraeeo, templis ac signis in eo — de Munychio et Phalero portubus — Veneris cultu apud Gnidios — aris Deorum ignotorum, aliisque signis et templis.

Τῆς ἠπείρου τῆς Ἑλληνικῆς κατὰ νήσους τὰς Κυκλά- 2
δας καὶ πέλαγος τὸ Αἰγαῖον ἄκρα Σούνιον πρόκειται γῆς ed. Kuhn.
τῆς Ἀττικῆς· καὶ λιμήν τε παραπλεύσαντι τὴν ἄκραν ἐστὶ[2] καὶ ναὸς Ἀθηνᾶς Σουνιάδος ἐπὶ κορυφῇ τῆς ἄκρας. πλέοντι δὲ ἐς[3] τὸ πρόσω Λαύριόν τέ ἐστιν, ἔνθα ποτὲ Ἀθηναίοις ἦν ἀργύρου[4] μέταλλα, καὶ νῆσος ἔρημος οὐ μεγάλη Πατρόκλου καλουμένη. τεῖχος γὰρ ᾠκοδομήσατο ἐν αὐτῇ καὶ[5] χάρακα ἐβάλετο Πάτροκλος, ὃς τριήρεσιν ἐπέπλει[6]

Cap. I. In ea continentis Graeciae parte, quae Cycladas insulas et Aegaeum mare spectat, Sunium prominet Atticae promontorium: in cuius ora portus, in vertice Suniadis Minervae templum est. Hinc porro navigantibus brevis ad Laurium via, ubi olim argenti metalla Atheniensibus fuere. Proxime iacet parva ac deserta insula; Patrocli dicitur, quod

1. Tit. Παυσανίου Ἑλλάδος περιηγήσεως ∴ Ἀττικά ∴ Va.

Cap. I. 2. ἐςὶν Va.

3. εἰς AgFabLabVt. mox ἐστι, ἔνθα AXKFCS. ἐστὶν, ἔ. BPcAgVaFabNR Lab. tum ἔνθά ποτ' Va.

4. ἀργυρίου Pc. Mox ad Πατρόκλου marg. Lb. habet: γρ. πρόκλου.

5. καὶ Fab. om. Deinceps ἐβάλλετο Mo.

6. ἐπέπλει CSBVa. ὑπέπλει AXKFAgPcLabFabRNVtVn. mox Πτολεμαίου abest ab Edd. Codd. Uncis inclusum inseruere CB. In La. legitur Πτολεμαῖος ὁ τοῦ μεγάλου; ad marg. „Ald. τοῦ λάγου." Palmer. MS. notat: „ἀπόγονος δηλονότι, ὕςερον γὰρ ἐρεῖ ὅτι πέφυκεν ὁ φιλάδελφος καλούμενος. ἄλλως δὲ οὐ λέγει σύμφωνα κατὰ τοὺς καιρούς. Πτολεμαῖος γὰρ ὁ Λάγου κατὰ τὴν ρκδ ὀλυμπιάδα ἐτελεύτησεν, ὥς φησι Πολυβ. ἐν τῷ β. τῆς συγγραφῆς. ἡ δὲ Ἀθηναῶν πολιορκία ὕςερον ἐγένετο."

ναύαρχος Αἰγυπτίαις, ἃς Πτολεμαῖος ὁ [Πτολεμαίου] τοῦ Λάγου τιμωρεῖν ἔστειλεν[7] Ἀθηναίοις, ὅτε σφίσιν Ἀντίγονος ὁ Δημητρίου στρατιᾷ τε αὐτὸς ἐσβεβληκὼς[8] ἔφθειρε τὴν χώραν καὶ ναυσὶν ἅμα ἐκ θαλάσσης κατεῖργεν.

2 (2) Ὁ δὲ Πειραιεὺς[9] δῆμος μὲν ἦν ἐκ παλαιοῦ, πρό-
3 τερον δὲ πρὶν[10] ἢ Θεμιστοκλῆς Ἀθηναίοις ἦρξεν ἐπίνειον
οὐκ ἦν· Φάληρον[11] δὲ, ταύτῃ γὰρ ἐλάχιστον ἀπέχει τῆς πόλεως ἡ θάλασσα, τοῦτό[12] σφισιν ἐπίνειον ἦν, καὶ Μενεσθέα φασὶν αὐτόθεν ταῖς ναυσὶν ἐς Τροίαν ἀναχθῆναι, καὶ τούτου πρότερον Θησέα δώσοντα Μίνῳ δίκας τῆς Ἀνδρόγεω τελευτῆς. Θεμιστοκλῆς δὲ ὡς ἦρξε (τοῖς τε γὰρ πλέουσιν ἐπιτηδειότερος ὁ Πειραιεὺς[13] ἐφαίνετό οἱ προκεῖσθαι καὶ λιμένας τρεῖς ἀνθ' ἑνὸς ἔχειν τοῦ[14] Φαληροῦ) τοῦτό σφισιν ἐπίνειον εἶναι κατεσκευάσατο. καὶ νεὼς[15] καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν οἶκοι καὶ πρὸς τῷ μεγίστῳ λιμένι τάφος Θεμιστοκλέους· φασὶ γὰρ μεταμελῆσαι τῶν ἐς Θεμιστοκλέα Ἀθη-

Patroclus praefectus Aegyptiarum triremium, quas Ptolemaeus [Ptolemaei] Lagi filius Atheniensibus auxilio misit, clam occupatam, muro eam et vallo muniit, quum Antigonus Demetrii filius ipse cum exercitu agrum popularetur et maritimam partem classe obsessam teneret. (2) Piraeeus vero, antequam Themistocles ad rempublicam accederet, non navale sed curia fuit: nam Phalerum (ab ea enim parte ut minimum urbs distat a mari) navale fuerat: unde et Mnestheum cum aliquot navibus ad Troiam et Theseum multo ante in Cretam, Minoi ob Androgei mortem poenas daturum, solvisse, memoriae proditum est. At Themistocles, posteaquam summae rerum praefuit, quod multo opportuniore loco nautis Piraea situm putaret, quum pro unico Phaleri triplex eius portus esset, in eo navale exaedificavit: et navium quidem stationes ad meam usque aetatem stetere: et non longe a maximo *de tribus* portu Themistoclis sepulcrum: siquidem Athenienses sui aliquando facti

7. ἔστειλλεν Va.
8. ἐςβεβηκὼς Va.
9. Πειρεεὺς AgFab. Mox μὲν abest a M.
10. πρὶν VaMMo. om. Tum Ἀθήνης ἦρξεν Exc. Pal.
11. Φάληρον SB. Φαληρὸν Codd. et Edd. priores constanter per omnes casus.
12. τότε Cod. Oporin., unde Abr. Loescherus, vertit: navale ea aetate fuit. τοῦ σφίσιν Va. Man. sec. addidit το. Mox ἐν τροι ἂν ναχθῆναι καὶ τ. πρώτερον La.
13. ὁ Πειραιεὺς Mo. om.
14. τοῦ AgFa om. tum φαληροῦ FVaLb.
15. νεῶν N et ad marg. Lb. tum ἔσαν Mo.

ναίοις, καὶ ὡς οἱ προσήκοντες τὰ ὀστᾶ κομίσαιεν [16] ἐκ Μα-
γνησίας ἀνελόντες. φαίνονται δὲ [17] οἱ παῖδες οἱ Θεμιστο-
κλέους καὶ κατελθόντες καὶ γραφὴν ἐς [18] τὸν παρθενῶνα
ἀναθέντες, ἐν ᾗ Θεμιστοκλῆς ἐστὶ γεγραμμένος. (3) Θέας 3
δὲ ἄξιον τῶν ἐν Πειραιεῖ μάλιστα Ἀθηνᾶς ἐστὶ καὶ Διὸς
τέμενος· χαλκοῦ μὲν ἀμφότερα τὰ ἀγάλματα, ἔχει δὲ ὁ
μὲν σκῆπτρον [19] καὶ Νίκην, ἡ δὲ Ἀθηνᾶ δόρυ. ἐνταῦθα
Λεωσθένην, ὃς Ἀθηναίοις καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησιν ἡγού-
μενος Μακεδόνας [20] ἔν τε Βοιωτοῖς ἐκράτησε μάχῃ καὶ 4
αὖθις ἔξω Θερμοπυλῶν, καὶ βιασάμενος ἐς Λαμίαν [21] κα-
τέκλεισε τὴν ἀπαντικρὺ τῆς Οἴτης, τοῦτον τὸν Λεωσθέ-
νην καὶ τοὺς παῖδας ἔγραψεν Ἀρκεσίλαος. ἔστι δὲ τῆς
στοᾶς τῆς μακρᾶς, ἔνθα καθέστηκεν ἀγορὰ τοῖς ἐπὶ θα-
λάσσης [22] (καὶ γὰρ τοῖς ἀπωτέρω [23] τοῦ λιμένος ἐστὶν
ἑτέρα), τῆς δὲ ἐπὶ θαλάσσης στοᾶς ὄπισθεν ἑστᾶσι Ζεὺς
καὶ Δῆμος, Λεωχάρους ἔργον. πρὸς δὲ [24] τῇ θαλάσσῃ

in Themistoclem poenituisse tradunt, atque eius ossa ex Magnesia sublata, ab ipsius propinquis in patriam reportata. Themistoclis sane liberos constat reduces in Parthenone tabulam eam dedicasse, in qua etiam ipse inest pictus Themistocles. (3) In Piraeeo vero quae spectentur, haec sunt: Iovis et Minervae fanum. Aenea sunt deorum signa: Iupiter sceptrum et victoriam, Minerva hastam tenet. Eodem in loco Leosthenem eiusque liberos pinxit Arcesilaus. Hic ille est Leosthenes, qui Atheniensium et ceterorum Graecorum dux Macedonas duobus proeliis vicit: uno in Boeotia, altero ultra Thermopylas, ad Lamian, ex adverso Oetae situm oppidum, *ubi* vi *intra moenia* compulsos obsedit. Longa ibidem quaedam porticus est, qua pro foro utuntur, qui proxime ad mare habitant: (nam qui longius a portu absunt, forum et ipsi suum habent). In ultima vero porticus parte Leocharis exstant opera, Iupiter et Populus. Veneris vero

16. *κομίσαι* MMo.
17. *φαίνοντε δαί* Fb.
18. *εἰς* VaLab.
19. *σκῆπτον — ἀθυνᾶ* La. Deinceps *Λεωσθένην* FCSBMNRMo AgLabFabVtVn et infra Va. *Λεωσθένη* AXKPc. *Λεωσθένης* Va.
20. *Μακεδόνας - βιασάμενος* M. om.
21. *Λαμίαν* FCSBPcAgVn. *Λάμιαν* AXKVaLab. *Αὕτη νῦν Ζητούνιν λέγεται* VnVa ad marg. *Ζητούνιον λέγεται* M. Tum *κατέκλεισεν* N. Ad *Οἴτης Palmer. MS.* notat: „*ἣν γὰρ ἑτέρα ἐν Βοιωτίᾳ.*“
22. *ἐπὶ θαλάσσης* SBPcAgFab VtVnVaNMMo. Vict. h. l. et v. sq. *ἐπὶ θαλάσσῃ* AXKFSR.
23. *ἀνωτέρω* Vict. *ἀποτέρω* La.
24. *δὲ* Va. om.

Κόνων ᾠκοδόμησεν Ἀφροδίτης ἱερὸν, τριήρεις Λακεδαιμονίων κατεργασάμενος περὶ Κνίδον τὴν ἐν τῇ Καρικῇ χεῤῥοννήσῳ.[25] Κνίδιοι γὰρ τιμῶσιν Ἀφροδίτην μάλιστα, καί σφισιν ἐστὶν ἱερὰ τῆς θεοῦ, τὸ μὲν [26] ἀρχαιότερον Δωρίτιδος· μετὰ δὲ τὸ Ἀκραίας·[27] νεώτατον δὲ ἣν Κνιδίαν οἱ πολλοὶ, Κνίδιοι δὲ αὐτοὶ [28] καλοῦσιν Εὔπλοιαν.

4 (4) Ἔστι δὲ καὶ [29] ἄλλος Ἀθηναίοις ὁ μὲν ἐπὶ Μουνυχίᾳ λιμὴν, καὶ Μουνυχίας ναὸς Ἀρτέμιδος· ὁ δὲ ἐπὶ Φαλήρῳ, καθὰ καὶ πρότερον εἴρηταί μοι, καὶ πρὸς αὐτῷ [30] Δήμητρος ἱερόν. ἐνταῦθα καὶ [31] Σκιράδος Ἀθηνᾶς ναός ἐστι καὶ Διὸς ἀπωτέρω·[32] βωμοὶ δὲ θεῶν τε ὀνομαζομένων ἀγνώστων καὶ ἡρώων καὶ παίδων τῶν Θησέως καὶ Φαλήρου· τοῦτον γὰρ τὸν Φάληρον Ἀθηναῖοι πλεῦσαι μετὰ Ἰάσονός [33] φασιν ἐς Κόλχους. ἔστι δὲ καὶ Ἀνδρόγεω βωμὸς [34] τοῦ Μίνω, καλεῖται δὲ ἥρωος·[35] Ἀνδρόγεω δὲ

aedem, quae mari proxima est, Lacedaemoniorum triremibus ad Gnidum in Cariae Chersoneso profligatis, Conon erexit. Gnidii enim Venerem in primis colunt: cuius templa apud eos sunt *variis deae cognominibus:* vetustissimum omnium Doritidis; Acraeae alterum; postremum, quam Gnidiam plerique omnes, at Gnidii Euploean Venerem, *non Gnidiam*, appellant. (4) Sunt et alii Atheniensibus portus. In Munychia unus, cum Munychiae Dianae templo: in Phalero, de quo iam diximus, alter, cui adhaeret Cereris aedes: et proxime Sciradis Minervae, et Iovis paulo longius. Arae praeterea et deorum, qui ignoti vocantur, et heroum. Quin et Thesei filiorum, et ipsius Phaleri eo ipso in loco sunt: hunc autem Phalerum Athenienses Iasoni Colchicae expeditionis comitem fuisse dicunt. Exstat et Androgei Minois filii ara, sub herois tantum nomine: sed Androgei esse no-

25. *Χεῤῥονήσῳ* FCSBPcAgLb. NRFabVtVnVa. *Χεῤῥοννήσῳ* XK. sic ubique scribendum censet S. Auctar. ad V, 24, 1. *Χερονήσῳ* La. *Χεροννήσῳ* A. Deinceps MVn *Κνίδιον*. Pro *γὰρ* RAg *δὲ*, sed in R. supra lin. *γάρ*.

26. *μὲν γὰρ ἀρχ.* Codd. et Edd. Eiecimus *γὰρ* praeeunte Coraio.

27. *Ἀκραιᾶς* M. *Ἀκραιὰς* Vt.

28. *αὐτὴν* VaLa.

29. *καὶ* NVa om. Mox *ἐπὶ Μουνυχίας* Mo. *μουνιχίας* La.

30. *αὐτοῦ* Va. *αὐτὸ* MMo.

31. *καὶ* om. La. — Schol. in Fb MVn. *καὶ* [Vn *καὶ* om.] *σκιροφόρια* (*σκιροφορία* M.) *ὄνομα ἑορτῆς παρὰ τὸ φέρειν σκίριν ἐν αὐτῇ τὸν Θησέα ἦγουν γύψον* [*ἠώςγυψον* M.] *Ὁ γὰρ Θησεὺς ἀπερχόμενος* [Vn Fb *ἀνερχόμενος*] *κατὰ τοῦ Μινωταύρου τὴν Ἀθηνᾶν ποιήσας ἀπὸ γύψου ἐβάστασεν.* Mox *ἐστιν* La.

32. *ἀποτέρω* VaVt.

33. *Ἰάσωνός* MNRPcAgVnLbVt. *Ἰάσωνος φασὶν* Va. Mox *Κολχοὺς* Vt.

34. *βωμὸς — Ἀνδρόγεω* Ag. om.

35. *ἥρωος* BPcVtVaFabNR. *ἡρῶος* AXKFCSVn. *ὁ ἥρωος* vult S, quod non displicet. Mox *οἷ ἐστιν* La.

ὄντα ἴσασιν οἷς ἐστιν ἐπιμελὲς τὰ ἐγχώρια σαφέστερον ἄλλων ἐπίστασθαι. Ἀπέχει δὲ [36] σταδίους εἴκοσιν ἄκρα Κωλιάς· ἐς ταύτην φθαρέντος τοῦ ναυτικοῦ τοῦ [37] Μήδων κατήνεγκεν ὁ κλύδων τὰ ναυάγια. Κωλιάδος δέ ἐστιν ἐνταῦθα Ἀφροδίτης ἄγαλμα καὶ Γενετυλλίδες [38] ὀνομαζόμεναι θεαί. δοκῶ δὲ καὶ Φωκαεῦσι [39] τοῖς ἐν Ἰωνίᾳ θεὰς ἃς καλοῦσι [40] Γενναΐδας εἶναι ταῖς ἐπὶ Κωλιάδι τὰς αὐτάς. ἔστι δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐς Ἀθήνας ἐκ Φαλήρου ναὸς Ἥρας οὔτε θύρας ἔχων οὔτε ὄροφον· Μαρδόνιόν φασιν αὐτὸν [41] ἐμπρῆσαι τὸν Γωβρύου. τὸ δὲ ἄγαλμα τὸ νῦν δή, εἰ, καθὰ λέγουσιν, Ἀλκαμένους ἐστὶν ἔργον, οὐκ ἂν τοῦτό γε ὁ Μῆδος εἴη λελωβημένος.

CAPUT II.

De Antiope Amazone — muris portus Piraeei — poëtis, qui cum regibus familiariter vixerunt — templis, porticibus et simulacris in urbe — regibus Atticis.

Ἐσελθόντων δὲ ἐς τὴν πόλιν ἔστιν Ἀντιόπης μνῆμα

runt, qui priscas patriae res diligentius exquirunt. Hinc XX ferme stadia Colias promontorium abest: quo, Persarum classe deleta, navium fragmenta aestu delata sunt. Illic et Veneris Coliadis et dearum, quibus Genetyllides nomen, signa sunt. Has ego, quae in Coliade coluntur, easdem cum illis esse suspicor, quas Phocenses Ioniae populi Gennaidas nominant. In via vero, quae ex Phalero Athenas ducit, Iunonis sine foribus et tecto aedes est. Incendisse eam Mardonium Gobryae filium fama prodidit; si vero deae signum, quod adhuc in ea exstat, Alcamenis (ut aiunt) opus est, id quidem a Persis non potest esse violatum.

Cap. II. Ad urbem propius accedenti Antiopes Amazonis

36. δὲ καὶ σταδ. Edd. et Codd. exceptis VaLa, qui καὶ om. ortum ex scriptura σταδίους κ̄, quae est in Va. Tum εἴκοσι ἄκρα Lab.

37. τῶν M. (?) VaMo. Ab N τοῦ abest. Mox ναυγάγια La.

38. γενετυλλίδος Va.

39. Φωκεῖσι PcVtMLab. Tum τῆς ἐν Ἰων. Pc. Φωκεῦσιν τὰς ἐν Ἰωνιά (sic) Ag.

40. καλοῦσιν NAg. Γενναΐδας (β̄ supra) ᾱ καλοῦσιν Va. Mox ἐπ' ἀθήνας La.

41. αὐτόν φασιν Va φασιν om. La. Deinceps Γωβρίου AXKR. Γομβρήου Va. — Post νῦν δὴ inseruimus εἰ, quod Edd. [excepto C, qui uncis septum posuit] et Codd. om., secuti Camerarium, qui legere

Ἀμαζόνος. ταύτην τὴν Ἀντιόπην Πίνδαρος μέν φησιν ὑπὸ Πειρίθου καὶ Θησέως[1] ἁρπασθῆναι, Τροιζηνίῳ δὲ Ἡγίᾳ τοιάδε ἐς αὐτὴν πεποίηται· Ἡρακλέα Θεμίσκυραν[2] πολιορκοῦντα τὴν ἐπὶ Θερμώδοντι[3] ἑλεῖν μὴ δύνασθαι, Θησέως δὲ ἐρασθεῖσαν Ἀντιόπην (στρατεῦσαι γὰρ[4] ἅμα Ἡρακλεῖ καὶ Θησέα) παραδοῦναι[5] τὸ χωρίον. τάδε μὲν Ἡγίας πεποίηκεν· Ἀθηναῖοι δέ φασιν, ἐπεί τε ἦλθον Ἀμαζόνες, Ἀντιόπην μὲν ὑπὸ Μολπαδίας τοξευθῆναι, Μολπαδίαν δὲ ἀποθανεῖν ὑπὸ Θησέως· καὶ μνῆμά ἐστι καὶ Μολπαδίας 2'Ἀθηναίοις.

6 (2) Ἀνιόντων δὲ ἐκ Πειραιῶς[6] ἐρείπια τῶν τειχῶν ἐστὶν ἃ Κόνων ὕστερον τῆς πρὸς Κνίδῳ[7] ναυμαχίας ἀνέστησε· τὰ γὰρ Θεμιστοκλέους μετὰ τὴν ἀναχώρησιν οἰκοδομηθέντα[8] τὴν Μήδων ἐπὶ τῆς ἀρχῆς καθῃρέθη τῶν τριάκοντα[9] ὀνομαζομένων. εἰσὶ δὲ τάφοι[10] κατὰ τὴν ὁδὸν

monimentum in conspectu est. Hanc certe Antiopen a Theseo et Pirithoo raptam, scriptum reliquit Pindarus. Troezenius vero Hegias haec propemodum de ea scripsit: Herculem non prius Themiscyran ad Thermodontem *amnem*, quam *diu* oppugnarat, cepisse, quam Antiope Thesei amore capta (in ea enim oppugnatione Herculi socium fuisse Theseum) oppidum tradiderit. Haec Hegias. Athenienses vero, quum ad urbem Amazones adventarent, a Molpadia sagitta confixam Antiopen memorant, Molpadiam a Theseo occisam; est enim et Molpadiae apud Athenienses sepulcrum. (2) Sunt in via, quae ex Piraeeo ducit ad urbem, ruinae murorum, quos Conon post navale ad Gnidum proelium restituit. Illi enim, quos post repulsos Persas Themistocles exstruxerat, XXX tyrannorum temporibus deiecti fuere.

voluit ita: *καθὰ λέγουσιν, εἰ Ἀλκ. ἐστὶν ἔργον, οὐκ ἄν.* Alio modo mederi huic loco conatus est Hartungus in Cod. Oporin. legendum censens: *οὐκ ἂν τοῦτό γε ὃ ὁ Μῆδος.*

Cap. II. 1. *θησαίως* Ag. tum *τροιζηνίων* MMo.

2. *θεμισκύραν* MNVtLab.* tum *πολυορκοῦντα* Ag.

3. *θερμώδοντιν* La. *θερμόδοντι* Ag Pc. mox *θησέως γὰρ δὲ* Mo.

4. *γὰρ* AXKFCBNR. *τε* MAgVt VnVaMoPcLabVict.: recepit S.

5. *παραδοῦναι τε τὸ* AgVtPc MVaMoLb. Deinceps *τὰ δὲ ὑγίας* (*ὕγιας* Mo) MMo.

6. *πειρεῶς* Ag. in Va *πείραως* esse videtur. tum *ἐστὶ ἃ* Vn; in M *εἰσὶν* et supra *ἐστίν.*

7. *Κνίδῳ* SBAgPcRMNVtVn. *Κνίδων* ALa. *Κνίδον* XKFCVa.

8. *οἰκονομηθέντα* VnMMo.

9. Schol. in MVnFa *τριάκοντα. οὕτω δικασταὶ Ἀθήνησιν ἐχειροτονοῦντο, οἵτινες ἐζημίουν τοὺς μὴ παραγινομένους* (M *παραγενομένους*) *τῶν πολιτῶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν.*

10. *τάφροι* MoNVa tum *γνωριμότατοι* Va.

γνωριμώτατοι Μενάνδρου τοῦ Διοπείθους [11] *καὶ μνῆμα Εὐριπίδου κενόν. τέθαπται δὲ Εὐριπίδης ἐν Μακεδονίᾳ παρὰ τὸν βασιλέα ἐλθὼν Ἀρχέλαον·* [12] *ὁ δέ οἱ τοῦ θανάτου τρόπος, πολλοῖς γάρ ἐστιν εἰρημένος, ἐχέτω καθὰ λέγουσιν.* [13]

(3) *Συνῆσαν δὲ ἄρα καὶ τότε τοῖς βασιλεῦσι ποιηταί·* 3
καὶ πρότερον ἔτι καὶ Πολυκράτει Σάμου τυραννοῦντι Ἀνακρέων παρῆν καὶ ἐς Συρακούσας [14] *πρὸς Ἱέρωνα Αἰσχύλος καὶ Σιμωνίδης ἐστάλησαν· Διονυσίῳ δέ, ὃς* [15] *ὕστερον ἐτυράννησεν ἐν Σικελίᾳ, Φιλόξενος παρῆν· καὶ Ἀντιγόνῳ Μακεδόνων ἄρχοντι Ἀνταγόρας Ῥόδιος καὶ Σολεὺς Ἄρατος. Ἡσίοδος δὲ καὶ Ὅμηρος ἢ συγγενέσθαι βασιλεῦσιν ἠτύχησαν ἢ καὶ ἑκόντες ὠλιγώρησαν,* [16] *ὁ μὲν ἀγροικίᾳ καὶ ὄκνῳ πλάνης, Ὅμηρος δὲ ἀποδημήσας ἐπὶ μακρότατον καὶ τὴν ὠφέλειαν ἐς* [17] *χρήματα παρὰ τῶν δυνατῶν ὑστέραν θέμενος τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξης· ἐπεὶ καὶ Ὁμήρῳ πεποιημένα ἐστὶν Ἀλκίνῳ* [18] *παρεῖναι Δημόδοκον, καὶ*

Viae adiuncta sunt virorum minime ignota sepulcra, Menandri Diopithis filii, et Euripidis, illud quidem honorarium. Nam Euripides, quum in Macedoniam ad Archelaum profectus esset, illic sepultus est. Mortis vero genus, quale a multis vulgatum est, tale per me fuerit. (3) Ac cum regibus quidem etiam poëtae vixerunt. Ante Euripidem enim cum Polycrate Sami tyranno vixit Anacreon: et ad Hieronem Syracusas Aeschylus et Simonides se contulere. Dionysio posteriori Philoxenus, Antigono Macedonum regi Antagoras Rhodius et Aratus Solensis familiares fuere. Nam Hesiodus et Homerus regum familiaritates aut fortunae invidia nacti non sunt, aut consulto spreverunt: ille, quod agrestem vitam amplexus, ab erroribus abhorruerit: hic, quod in ultimas terras peregrinatione suscepta, potentium hominum opes gloriae, quam sibi apud omnes gentes maximam comparavit, posthabuerit: quum alioqui et Demodocum Alcino

11. *διοπειθοῦς* AgMNRMo. in R *διοπείθους* per correct. *διαπειθοῦς* PcVt.

12. *ἀρχαίλαον*, *ε* super *αι*, Ag.

13. *λέγουσιν* BAgPcNR. *λέγουσι* Edd. rell. VaVn.

14. *καὶ ἐν συρακούρας* Va. mox *ἐστάλησεν* M.

15. *ὡς* Mo. tum *ἐτυράννυσεν* (*η* super *υ* altero) *ἐν συκελίᾳ* Ag.

16. *ὠλιγόρησαν* MoVa. *ὠληγωρησαν* La. Sqq. *ὁ μὲν — μακρότατον* MMo om.

17. *εἰς* Edd. Codd. mox *δυναστῶν* Va.

18. *Ἀλκίνῳ* BMoRVnLab (in Lb *ό* supra vers.). *ἀλκίμῳ* MVt. *ἀλκείνω* Pc. *Ἀλκινόῳ* Edd. rell. AgNVa. tum *παρῆναι* Mo. *Δημόδοκον* BPcAgVnMRVa. *Δημοδό-*

ὡς Ἀγαμέμνων καταλείποι τινὰ παρὰ τῇ γυναικὶ ποιητήν. 4 Ἔστι δὲ τάφος οὐ πόῤῥω τῶν πυλῶν ἐπίθεμα ἔχων στρατιώτην ἵππῳ παρεστηκότα· ὅν τινα μὲν, οὐκ οἶδα, Πραξιτέλης δὲ καὶ τὸν ἵππον καὶ τὸν στρατιώτην ἐποίησεν.

(4) Ἐσελθόντων [19] δὲ ἐς τὴν πόλιν οἰκοδόμημα ἐς [20] παρασκευήν ἐστι τῶν πομπῶν, ἃς πέμπουσι τὰς μὲν ἀνὰ πᾶν [21] ἔτος, τὰς δὲ καὶ χρόνον διαλείποντες· καὶ πλησίον ναός ἐστι Δήμητρος· ἀγάλματα δὲ αὐτή τε καὶ ἡ παῖς καὶ δᾷδα ἔχων Ἴακχος· [22] γέγραπται δὲ ἐπὶ τῷ τοίχῳ γράμμασιν Ἀττικοῖς ἔργα εἶναι Πραξιτέλους. τοῦ ναοῦ δὲ οὐ πόῤῥω Ποσειδῶν ἐστὶν [23] ἐφ' ἵππου, δόρυ ἀφιεὶς ἐπὶ γίγαντα Πολυβώτην, ἐς ὃν Κῴοις ὁ μῦθος περὶ τῆς ἄκρας ἔχει τῆς Χελώνης· τὸ δὲ ἐπίγραμμα τὸ [24] ἐφ' ἡμῶν τὴν εἰκόνα ἄλλῳ δίδωσι καὶ οὐ Ποσειδῶνι. στοαὶ δέ εἰσιν [25]

familiarem inducat, et Agamemnonem poëtam nescio quem apud uxorem reliquisse commemoret. Non longe vero a porta sepulcrum videas, cuius insigne miles equo adstans: ipsum quidem equitem, quis sit, non novi: verum tam equitem quam equum fecit Praxiteles. (4) In primo urbis ingressu cella est, pomparum, quas alias statis diebus quotannis, alias vero incertis temporum intervallis transmittunt, apparatibus deserviens. Proximum est Cereris templum, in quo signa sunt deae ipsius, et filiae, Iacchi etiam facem praeferentis. Inscriptum in pariete Atticis literis, opera esse Praxitelis. Non longe ab hoc templo Neptunus est, ex equo Polybotem gigantem, ad quem apud Coos de testudinis promontorio fabula pertinet, hasta petens: sed inscriptio, quae nostra aetate exstat, alium eum esse, quam Neptu-

κον Edd. rell. NLab. — Sq. καὶ om. Ag. Mox οὐ πόρῳ La.

19. ἐσελθόντων BPcAgVaRVn Lab. εἰσελθόντων Edd. rell. N. tum δὲ καὶ ἐς τὴν Va. δὲ ἐς τὴν SBAgPcVnNRMo. εἰς τὴν AXKFC.

20. ἐς om. Mo. tum ἐστιν RAg. πέμπουσιν Ag.

21. πᾶν RMVt om. In R additur ad marg. tum χρόνον διαλείποντος AXKCFVa (in Va ον super ου et ες super ος) χρόνον διαλείποντες SBPcAgVnNMMoVictR (in R ου super ον et ος super ες).

22. ἴαχος Va.

23. ἐστιν N. om. tum ἀφεὶς Va.

24. τὸ om. Mo.

25. εἰσι ἀπὸ Vn. mox εἰς τὸν Va. Κεραμικὸν S min. Pc. — Schol. in MVnFb. Κεραμεικὸς, τόπος Ἀθήνησιν, ἔνθα αἱ πόρναι προεστήκεσαν. εἰσὶ δὲ δύο Κεραμεικοὶ, ὁ μὲν ἔξω τοῦ τείχους, ὁ δὲ ἐντός. λέγονται (λέγουσι M) δὲ [F. δὲ om.] καὶ κεραμεικαὶ πλατεῖαι πληγαί· ἀγὼν γὰρ Ἀθήνησιν ἐν τῷ Κεραμεικῷ, ἐν ᾧ τύπτουσι χερσὶ πλατείαις [πλατείαις om. M.] τοὺς μὴ τρέχοντας καὶ τοὺς ἄλλους [M. ἄλλως] ἀγωνιστὰς γέλωτος χάριν. Λέγεται δὲ καὶ Κεραμεικὸς [FM κεραμεύς. F. δὲ om.] Ἀθηναίων νομοθέτης [VnM ὁ τῶν Ἀθ. νομοθ. Λυκοῦργος]

ἀπὸ τῶν πυλῶν ἐς τὸν Κεραμεικὸν, καὶ εἰκόνες πρὸ αὐτῶν χαλκαῖ καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν, ὅσοις γε[26] *ὑπῆρχεν ὤν τις λόγος ἐς δόξαν. ἡ δὲ ἑτέρα τῶν στοῶν ἔχει μὲν ἱερὰ θεῶν, ἔχει δὲ γυμνάσιον Ἑρμοῦ καλούμενον· ἔστι δὲ ἐν αὐτῇ καὶ*[27] *Πουλυτίωνος οἰκία, καθ' ἣν παρὰ τὴν ἐν*[28] *Ελευσῖνι δρᾶσαι τελετὴν*[29] *Ἀθηναίων φασὶν οὐ τοὺς ἀφανεστάτους· ἐπ' ἐμοῦ δὲ ἀνεῖτο Διονύσῳ. Διόνυσον δὲ τοῦτον καλοῦσι*[30] *Μελπόμενον ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε ἐφ' ὁποίῳπερ Ἀπόλλωνα*[31] *Μουσηγέτην. ἐνταῦθά ἐστιν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα Παιωνίας*[32] *καὶ Διὸς καὶ Μνημοσύνης καὶ Μουσῶν Ἀπόλλωνός*[33] *τε, ἀνάθημα καὶ ἔργον Εὐβουλί-*

